E.*)

Ἐγχώ, ἡ, nomen quoddam Semeles. Hesychius: ἡ Σεμέλη οὕτως ἐκαλεῖτο. Interpretes conferunt aliam Hesychii glossam: Ἔγχειος, Ἀφροδίτη. Κύπριοι. hoc nomen ducunt ab appellativo ἔγχος et revocant ad Vossii Idol. II, 27.

Ἐδδώ pro Ἀδδώ habet Theod. Mopsuest. in Zachar. proph. I, 1 ap. Ang. Mai. Scriptt. vet. Nov. Collect. vol. VI pp. 220. 222. Vid. Ἀδδώ.

Ἐδετζιώ, castellum Dardaniae. Procop. Aediff. IV, 4 p. 281, 37 ed. Bonn. quae Ἐδετζίω habet contra analogiam aliorum eiusdem generis castellorum apud eundem: Ἀργαμιώ Βιδζώ Βιργιναζώ Βλεζώ Βουρδεπτώ Γραψώ Ζκαπλιζώ Καρσώ Κουινώ Λιμώ Μουλατώ Ναϊοδουνώ Νονώ Πρεσιδιώ Σταμαζώ Τιλλιτώ.

Εἰδώ, ἡ, eadem atque Εἰδοθέα, filia Protei. Etym. M. 505, 34: κερδώ, ἡ ἀλώπηξ. Ὡς παρὰ τὸ Εἰδοθέα Εἰδώ οὕτως καὶ παρὰ τὸ κερδαλέα ἡ ἀπατητικὴ γίνεται κερδὼ ὑποκοριστικῶς. Cod. Par. 2638 sequentia sic tradit: ὑποκοριστικῶς, ὡς παρ' Αἰσχύλῳ (Prot. satyr. III (203) Wagn. fragm. Aesch. p. 104 [Ἀρχιλόχῳ A. Nauk. in Schneidew. Phil. 1846 I, 2 p. 355 n. 12]) ἡ Εἰδὼ καὶ Ὑψὼ ἀντὶ τοῦ Εἰδοθέα καὶ Ὑψιπύλη καὶ τὸ κερδὼ δὲ ἀντὶ τοῦ κερδαλέα, ἡ ἀπατητική. Cf. Schol. Arist. Eqq. 1068, Suid. v. κερδώ, Etym. Gud. 316, 30, Porphyr. Schol. in Dionys. Thr. Gr. in Bekk. AG. II, 857. Vid. Ἀφρώ. Hanc regulam Grammaticorum de deminutivis falsam esse Lobeck. Rh. p. 317 sq. docet et Εἰδώ ducendum esse ab εἴδομαι vel εἶδος.

εἰδώ, φρόνησιν ὄψιν Hesychius.

εἰκώ, ἡ, i. q. εἰκών. Etym. M. 674, 31: ἰδοῦ γὰρ ἡ εἰκὼν καὶ ἀποβολῇ τοῦ ν γίνεται εἰκώ, ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ σημαινομένου. καὶ οὐ φυλάττει τὴν αὐτὴν κλίσιν· ἡ μὲν γὰρ κλίνεται εἰκόνος· ἡ δὲ εἰκοῦς, ὡς Σαπφοῦς. Hesych.: Εἰκώ, εἰκών, χαρακτήρ, ὄψις. Contra Zonar.: εἰκώ, τὴν εἰκόνα κατὰ ἀποκοπήν. Eust. ad Il. XI, 36 p. 828, 63. Vid. ἀηδώ. Cf. G. Dindorf. in H. Steph. thes. ed. Didot. ubi praeter nominativum genitivum accusativum singularis bis accusativus pluralis τὰς εἰκούς ex Aristophane et Euripide commemoratur.

Εἰνώ nomen fabulae Euripideae falsum. Boeckh. CIG. III n. 6047, 21, Hartung. Eurip. rest. tom. I init. Scriptura depravata est. Legendum Ἰνώ. Cf. Wagner. Eur. fr. p. 618 sq. ed. Didot.

Εἰώ i. q. Ἰώ. Etym. M. 206, 34: Βούβασις κώμη τῆς Αἰγύπτου καὶ θεός. Ὅτι ἡ Ἰὼ ἡ Ἰνάχου εἰς βοῦν μεταβληθεῖσα καὶ μετὰ τὴν διὰ γῆς καὶ θαλάσσης πλάνην εἰς Αἴγυπτον παραγενομένη ἐπιβᾶσά τε βροχθώδους τόπου τοῦ Νείλου τῶν χηλῶν ἴχνη τῷ πηλῷ ἐνεχάραξεν. Ὁ δὲ τῆς χώρας βασιλεὺς ἑωρακὼς τὸ μὲν ἐμπροσθίας χηλῆς τῷ ΕΙ στοιχείῳ ἐμφερές, τὸ δὲ τῆς ὀπισθίας τῷ Ω Εἰὼ τὴν βοῦν ὠνόμασε· τὴν δὲ κώμην Βούβασιν ἀπὸ τῆς τοῦ βοὸς βάσεως. Ὥστε κατὰ τοῦτον τὸν λόγον καὶ διὰ τῆς ΕΙ διφθόγγου· δεῖ γὰρ Εἰώ. Ὁ μέντοι Ἡρωδιανός φησι διὰ τοῦ Ι παρὰ τὸ ἰέναι σχηματιζόμενον· ὅτι πολλὴν (φησὶν) ἦλθε γῆν.

Ἐκκελώ, nomen ficticium. Vulgo sed falso putatur esse Lucana philosopha Pythagorea. Iambl. Vit. Pyth. 36, 267 (218). Sed scriptura falsa est. Editio princeps haec habet: Πυθαγορίδες δὲ γυ-

*) Prodiit huius commentationis prima particula ΑΒΓΔ litteras complectens in programmate Gymnasii Magdalenaei Vratislaviensis a. MDCCCLI pp. I. II et 1—52.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ναῖκες ἐπιφανέσταται· Τιμύχα, γυνὴ Εὐμυλλία τοῦ Κροτωνιάτου, Φίλτης θυγάτηρ, θεόφριος τοῦ Κροτωνιάτου Βυνδαίκου ἀδελφή, Ὀκκέλῳ καὶ Ἐκκέλῳ τῶν Λευκανῶν. Quae verba Arcerius sic vertit: *Foeminae vero Pythagoricae quae illustrissimae fuerunt sunt: Tymicha uxor Mylii Crotoniatae, Philtes filia Leophronos Crotoniatae, Byndaeci soror, Occelo et Eccelo Lucanae.* Et sic Menagius Hist. Mulier. 100 et 102 haec postrema nomina pro nominibus mulierum accepit praeterquam quod *Occello* scripsit putavitque Occello sororem esse Occelli Lucani et Eccello sororem Eccelli Lucani. In cod. Ciz. nomina sic leguntur: *βουδαίκου ἀδελφὴ ὀκκέλω καὶ ἐκκέλω τῶν λευκῶν.* In versione MS. Io. Alb. Fabricii sic legitur: *Byndacis soror Ocelli et Occilli Lucanorum.* cum hac versione consentit Obrechtiana praeterquam quod *Byndaice* habet pro *Byndacis.* In grege Pythagoreorum philosophorum paullo ante 267 (217) numerantur: *Λευκανοὶ Ὄκελος καὶ Ὀκυλος ἀδελφοί,* ubi pro *Ὄκελος* cod. Ciz. *ἐκελός,* cod. Par. *ὄκαλος,* pro *Ὀκυλος* cod. Ciz. *ὀκκιλός,* cod. Par. *ὄκιλος* habent. In loco de quo agitur maxime corruptum videtur nomen *βυνδαίκου* pro quo Latini interpretes praebent *Byndacis* aut *Byndaice.* Utrumcunque recipitur hoc manifestum est Iamblichum non potuisse ullum aliud nomen scribere nisi nominativum nominis muliebris. unde patet Arcerianas Menagiasque illas feminas his nominibus appellatas nunquam fuisse. Novissimus editor Westermannus recte scripsit: *Βυνδακίς ἀδελφὴ Ὀκέλλου καὶ Ὀκύλου.* Vid. praeter Menagium Fabr. Bibl. Gr. I pp. 526 sq. coll. 501. 510 sqq. et Wolf. Catal. Foem. in Mulier. Gr. fr. pros. pp. 408 sq. coll. 429.

Ἐκφαντώ, ἡ, Dianae nomen commenticium in inscriptione columnae Nanianae in insula Melo reperta. Boeckh. CIG. I n. 3:

Παῖ Διός, Ἐκφάντῳ δέξαι τόδ' ἀμεμφὲς ἄγαλμα·
σοὶ γὰρ ἐπευχόμενος τοῦτ' ἐτέλεσσε γρόφων.

Welcker. Epigr. Spicil. alt. n. 21 p. 5 sq., Syllog. n. 119 p. 156 sqq. *Ἐκφαντοῖ* scripsit, ut esset vocativus nominis *Ἐκφαντώ,* quo nomine Diana sive Hecate diceretur. ea pro Ilithyia homines *φόωςδε ἐκφαίνει* (Il. XIX, 103). Haec coniectura Boeckhio l. c. p. 7a et Franzio El. Ep. p. 58 non probatur. Welckerus curis secundis l. c. sententiam suam defendit. Sed nomen quamquam propter nomina *Ἐκφας, αντος* et *Ἐκφαντος* analogiae non repugnat tamen insoliti quiddam habet cum feminina eiusdem stirpis aliter formata sint. Vid. *Φαινώ Φανώ Θεοφανώ Φηνώ Εὐφηνώ.*

Ἐλβώ, ἡ, nomen duarum insularum.

1. insula Aegypti admodum memorabilis quam Herodotus II, 140 describit. 137: *Μετὰ δὲ τοῦτον (Ἄσυχιν) βασιλεῦσαι ἄνδρα τυφλὸν ἐξ Ἀνύσιος πόλιος, τῷ οὔνομα Ἄνυσιν εἶναι. ἐπὶ τούτου βασιλεύοντος ἐλάσαι ἐπ' Αἴγυπτον χειρὶ πολλῇ Αἰθιόπας τε καὶ Σαβακῶν τὸν Αἰθιόπων βασιλέα. τὸν μὲν δὴ τυφλὸν τοῦτον οἴχεσθαι φεύγοντα ἐς τὰ ἕλεα· τὸν δὲ Αἰθίοπα βασιλεύειν Αἴγυπτον ἐπ' ἔτεα πεντήκοντα....* 140: *Ὡς δ' ἄρα οἴχεσθαι τὸν Αἰθίοπα ἐξ Αἰγύπτου, αὖτις τὸν τυφλὸν ἄρχειν ἐκ τῶν ἑλέων ἀπικόμενον· ἔνθα πεντήκοντα ἔτεα νῆσον χώσας σποδῷ τε καὶ γῇ οἴκεε. ὅκως γάρ οἱ φοιτᾶν σῖτον ἄγοντας Αἰγυπτίων ὡς ἑκάστοισι προστετάχθαι σιγῇ τοῦ Αἰθίοπος, ἐς τὴν δωρεὴν κελεύειν σφέας καὶ σποδὸν κομίζειν. ταύτην τὴν νῆσον οὐδεὶς πρότερον ἐδυνάσθη Ἀμυρταίου ἐξευρεῖν· ἀλλὰ ἔτεα ἐπὶ πλέω ἢ ἑπτακόσια οὐκ οἷοί τε ἦσαν αὐτὴν ἀνευρεῖν οἱ πρότεροι γενόμενοι βασιλέες Ἀμυρταίου· οὔνομα δὲ ταύτῃ τῇ νήσῳ Ἐλβώ· μέγαθος δ' ἐστὶ πάντη δέκα σταδίων.* Nonnulli codices (P. Eton. b) exhibent *Ἑλκώ,* unus (d) *Ἐλπώ.* Commemoratur ex Herodoto a Stephano Byz. h. v. *Ἐλβώ, νῆσος, Ἡρόδοτος δευτέρᾳ. τὸ ἐθνικὸν Ἐλβῶος ὡς Σαρδῶος.* Vulgo *Ἐλβῶος ὡς Σαρδῶος.* correxit Meinekius.

2. insula in Lycio mari. Plin. NH. V, 35, 131: *contra Sidyma Antiochi Glaucumque versus amnem Lagussa Macris Didymae Helbo Scope Aspis.* Corrigendum est *Elbo.* In cod. Snakenb. legitur *Hellos Cope.*

Ἐλευθώ, ἡ, nomen duarum dearum.

1. dea Lucina eadem atque *Εἰλείθυια.* Pind. Ol. VI, 43 (71): *τᾶ μὲν ὁ Χρυσοκόμας | πραΰμητίν τ' Ἐλευθὼ συμπαρέστασέν τε Μοῖρας.* Sed Schneidew. ex optimis codicibus et scholiis edidit *Ἐλείθυιαν παρέστασεν.* Item Bergk. Poet. Lyr. Sed *Ἐλευθώ* commemoratur in Anth. Pal. VII, 604, 3 Paul. Silent. 83, 3: *μόχθον Ἐλευθοῦς Ἐκφυγες,* IX, 268, 3 Antip. Thess. 38, 3. Vid. *Γοργώ* n. 16. Hesych. h. v. ubi scriptum est *Ἐλεύθω, ἔρχομαι, Εἰλείθυια.* correxit Meursius: *Ἐλεύθω, ἔρχομαι. Ἐλευθώ, Εἰλείθυια.*

Nomen huius formae veteres a verbo *ἔρχομαι,* nomen *Εἰλείθυια* a verbo *εἰλέω* (*εἴλω εἰλέω εἰλύω* Preller. Myth. I, 319) duxisse apparet ex Cornut. 34 p. 210 Osann.: *Δοκεῖ δὲ καὶ τοῖς πλείστοις ἡ αὐτὴ (Ἄρτεμις) εἶναι τῇ Εἰλειθυίᾳ, ἀπαύστως εἰλουμένη καὶ θέουσα περὶ τὴν γῆν· ἣν εὔχονται ἐλθεῖν αὐταῖς ἠπίαν καὶ λυσίζωνον αἱ ὠδίνουσαι, λύουσαν τὸ ἐσφιγμένον τῶν κόλπων πρὸς τὸ ῥᾷον καὶ ἀπονώτερον ποιοῦσαν πεσεῖν τὸ κυϊσκόμενον, λεγομένης αὐτῆς Ἐλευθοῦς.* Excerpsit Eudocia p. 11. Simili modo nomen *Εἰλείθυια* interpretatur Boettcher. *Aehrenlese.* Dresd.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

1848 p. 27 *Windungsvolle.* Nomen Ἐλευθώ verterunt Clauserus in Latina interpretatione Cornuti *Veniens,* Hermann. Opp. II, 190 *Venilia,* Creuzer. Symb. II, 122 *die Kommende.* Item Preller. l. c. Contra ad radicem Semiticam vocabulum reducunt Wesseling. ad Diod. V, 73 p. 389: *id autem nomen cum Grammatici ab ἐλεύθω* venio *derivant, nugas agunt. Phoenicum sermonis est* ילד pario procreo. *hinc Graecis Εἰλείθυια partus praeses,* Ed. Roeth, *Geschichte unserer abendl. Philos.* I not. 99 p. 56: יוֹלֶדֶת יַלְדָּת i. q. מְיַלֶּדֶת מוֹלֶדֶת *obstetrix,* Nork. *Andeutungen* p. 4 not. יוֹלֶדֶתָה *puerpera.* Cum sit Ilithyia sive Eleutho dea parturientibus opitulans concedendum est hac etymologia veram vim et naturam eius significari, quae ex Graeco vocabulo non cernitur.

Varias formas *Εἰλείθυια Ἐλείθυια Εἰλήθυια Ἐλήθυια* (Schaefer. ad Greg. Corinth. p. 911 n.) *Εἰλύθεια* (Meier. ad Ross. Dem. 164) Ἐλευθώ omnes ex eadem stirpe ortas esse manifestum est. Simplicissima forma eademque antiquissima haud dubie est Ἐλευθώ et aeque formatum est atque *Βριθώ Ἐρευθώ Ἐριχθώ Κλωθώ Πειθώ.* Aliter iudicat Preller. l. c.

2. cognomen Cereris apud Tarentinos et Syracusanos Hesych. v. *Ἐπιλυσαμένη, Ἐλευθώ, καὶ μία Εἰλειθυιῶν καὶ ἐπώνυμον Δήμητρος παρὰ Ταραντίνοις καὶ Συρακοσίοις.* Etiam Eleusine sic vocata est. Nonn. Dion. XXVII, 304:

αἰγίδα σεῖο τίνασσε προασπίζουσα Λυκαίου,
σεῖο κασιγνήτου μελαναίγιδος, ὃς σέο πάτρην
ῥύσεται ἐξελάσας Βοιώτιον ἡμεγονῆα·
καὶ μέλος ἀείσει ζωάγριον ἀστὸς Ἐλευθοῦς,
πιστὸν ἀνευάζων Ἀπατούριον υἷα Θυώνης,
οὗ μέτα δὴ Φρύγα ῥυθμὸν ἀνακρούσουσιν Ἀθῆναι,
Λιμναῖον μετὰ Βάκχον Ἐλευσινίῳ Διονύσῳ.

Cf. Naek. Rh. Mus. V p. 45: *ἀστὸς Ἐλευθοῦς,* inquit ille, *Eleusinius, civis Cereris ... Verum memorabilis est insolentia, sive errorem dicere malis, sive audaciam ex etymologia* (Etym. M. et Gud. in *Ἐλευσίς*) *novum nomen eruentis poetae, sive doctrinam reconditam, sed insolentia utique, quod* Ἐλευθώ *dixit Cererem. Vulgo* Ἐλευθώ *non Ceres audit, sed Ilithyia ... Apud Hesychium in v.* Ἐπιλυσαμένη, *unde nonnulli* (Gyrald. Opp. Tom. I p. 365 C, Mitscherl. in Hom. h. Cer. p. 118) *Cereris cognomen* Ἐλευθώ *afferunt,* Ἐλευθώ *Musuro debetur.*

ἐλλοπώ, ἀγαθήν Hesychius, cuius alia glossa conferri potest: *ἐλλόν ἀγαθόν γλαυκόν χαροπόν...*

Ἐλπιδώ, ἡ, nomen mulieris incertum in titulo sepulcrali a Rossio in Lycia reperto et a Meiero divulgato in H. L. Z. 1845 *Intelligenzblatt* n. 39 p. 315 sq.: *Λεαίνῃ καὶ Ἐλπιδο[ῖ]*: quod nomen Rossius ipse ut incertum indicavit. Ferri potest: ut *Λάμπις Λάμπιδος Λαμπιδώ,* sic *Ἔλπις Ἔλπιδος Ἐλπιδώ.* Similia sunt *Ἐλπίς Ἐλπίδιος Ἐλπιδία Elpidia* (Orell. Syll. 2738).

Ἐμβλεπώ. Vide vocem sequentem.

Ἐμβλώ, ἡ, dea quaedam Sycophantarum ut videtur allegorica. Hesychius: *πέπλασται παρὰ τὸ ἐμβλέπειν· ὡς ἡ Δωρώ καὶ Δεξώ.* quibus nominibus meretrices Guieto perperam significari videntur. Cum Hesychius tria haec nomina componat et ex duobus posterioribus explicet prius, posteriora autem a Cratino ficta sint, ut is sycophantas derideret, etiam prius a Cratino eodem consilio fictum videri potest. *Ἐμβλέπειν* est *intueri, oculos defigere in aliquid.* Quod si Cratinus ad sycophantas rettulit, cogitari potest poetam eorum aviditatem indicare voluisse, qua illi excitati aliena bona et facultates appetenter intuerentur. Hoc si sit legi debeat cum Sopingio et Bergkio Comment. p. 69 *Ἐμβλεπώ.* Aliter statuit Meinekius Com. fr. II, 1, 58: *sed fateor me non intelligere, quid illa* Ἐμβλεπώ *significare potuerit apud Cratinum, fortasse igitur fuit vox Dorica sive* adspectum, *sive* invidiam *significans, quem ad modum iidem κινώ dicebant pro κίνησις et alia eiusdem generis.* Eandem fere sententiam atque nos Lobeckius Path. p. 36 n. 36 invenit in forma *Ἐμβλώ* aliter deducta *Mihi παρὰ τὸ ἐμβλῆναι,* inquit ille, *fictum videtur ad significandam captationem et corruptelam, quia τῶν δωροδοκούντων vox est* ἔμβαλε v. Hesych. s. *Ἐμβαλλεκύλλη.*

Ἐμπεδώ, ἡ, nomen mulieris et fontis.

1. Atheniensis puella quae cum ceteris puellis puerisque ab Atheniensibus ex foedere Minotauro devoranda mittitur in amphora, in qua Thesei Minotaurique pugna repraesentatur. *Reserve Etrusque* p. 18, 1, *Bullet.* 1830 p. 4, de Witte *Cat. Beugnot.* p. 43 sq., O. Jahn. *Archaeol. Beitr.* p. 262, Gerhard. *Auserles. Gr. Vasenbilder* 223 III p. 157. Apparent ibi Theseus Ariadne Minotaurus Minerva Mercurius Minos et nutrix. Cetera duodecim nomina sex virilia, sex muliebria videntur eos Athenienses iuvenes virginesque indicare, qui ad immolandum destinati sunt. Exspectes septem paria. Nomina puellarum haec sunt: *ΕΝΠΕΔΟ Καλύκη Ἄνθυλλα Εὐάνθη Εὐνίκη Τιμώ.* Haec nomina non ad mythicam aetatem, sed ad vitam quotidianam pertinere iam ex eo cognoscitur quod ea apud comicas aut apud poetas Anthologiae praeter Eunicen inveniuntur. Praeterea non consentiunt cum iis nominibus quae leguntur apud Servium ad Aen. VI, 21: *Hacperibea sive Phereboea Medippe Iesione Andromache Pymedusa sive Eurymedusa Europe Milita,* et in

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

alia Thesei Minotaurique pugna cuius mentionem iniecit Gerhardus ib. p. 156 n. 11: Ἱπποδάμεια Μενεσθώ Κορωνίς Δαμασιστράτη Ἀστερία Λυσιδίκη Ἐπίβοια, quae omnia fere mythica nomina sunt. Pro Ἐπίβοια scribendum videtur Ἐρίβοια, quo nomine vocatur uxor Telamonis ap. Soph. Ai. 569 et mater Tydei ap. Io. Malal. Chr. VI 207 Bonn. Cf. Lobeck. ad Ai. l. c. p. 285 sq. ed. 2. V. Βοιώ n. 1.

2. fons in arce Athenarum, quae postea Clepsydra nominata est. Schol. Arist. Lys. 913: λουσαμένη τῇ Κλεψύδρᾳ. ἐν τῇ ἀκροπόλει ἣν κρήνη ἡ Κλεψύδρα, πρότερον Ἐμπεδὼ λεγομένη· ὠνομάσθη δὲ Κλεψύδρα διὰ τὸ πότε μὲν πλημμυρεῖν, πότε δὲ ἐνδεῖν. ἔχει δὲ τὰς ῥύσεις ὑπὸ γῆν φέρουσα εἰς τὸν Φλεγρεώδη λειμῶνα, Vesp. 857: Κλεψύδρας. Κλεψύδρα κρήνη ἐν τῇ Ἀττικῇ, ἥτις Ἐμπεδὼ προσηγορεύετο. σημαίνει δὲ τὸ σκεῦος νῦν. quo ex loco Hesychii glossa in brevius contracta orta est: Κλεψύδρα κρήνη, ἥτις τὸ πρότερον Ἐμπεδὼ προσηγορεύετο. Idem Hesychius eundem Πεδώ appellat v. Πεδώ. Interpretes Hesychii ad priorem locum eundem apud Phavorinum dicunt vocari Ἐμποδώ.

Lobeck. Rh. p. 323 a *perennitate* eum putat esse nominatum, quod verum non videtur, cum Schol. Arist. eum tum profluere, tum desinere tradat. Immo ex aquae intermissione vel retentione (ἐμπεδώσεως) nomen traxit τὰς ῥύσεις ὑπὸ γῆν φέρουσα.

Similia nomina sunt Ἐμπέδων Ἔμπεδος Ἐμπεδία Ἐμπεδίας Ἐμπεδίων Ἐμπεδοκλῆς Ἐμπεδότιμος.

Ἐνδρομώ, Δημήτηρ ἐν Ἁλικαρνασῷ. Hesych.

Ἐνῖπώ, ἡ, serva, mater Archilochi poetae. Aelian. VH. X, 13: Αἰτιᾶται Κριτίας Ἀρχίλοχον, ὅτι κάκιστα ἑαυτὸν εἶπεν· εἰ γὰρ μή, φησίν, ἐκεῖνος τοιαύτην δόξαν ὑπὲρ ἑαυτοῦ εἰς τοὺς Ἕλληνας ἐξήνεγκεν, οὐκ ἂν ἐπυθόμεθα ἡμεῖς, οὔτε ὅτι Ἐνιποῦς υἱὸς ἦν τῆς δούλης, οὐθ' ὅτι .... Welcker. *Kleine Schriften* I, 6 sq. coll. 79 verum vidisse videtur, cum Archilochum de Iambe serva arbitratur cogitasse et hoc nomen pro dea obiurgationis allegorica accepisse, ut veterum poetarum matres divinas easque commenticias ludibrio exponeret. Componi potest hoc nomen cum nominibus Ἐνιπεύς Ἐνίπη et ἐνιπή et ducendum est a verbo antiquo ἐνίπω (Hesych.), quod cum derivatis Ruhnk. ep. crit. I p. 103 (40) ad ἴπω (ἶπος) ἴπτω *premo premendo laedo* refert. Translate *conviciis laedo*. Itaque *Enipe* a Mythographo Vat. I, 86 vocatur mater novem illarum puellarum quae Musas in certamina cantus provocaverunt. Vid. Ἐρατώ n. 6. Lobeckius quidem Rh. p. 325 negat ullum nomen huius generis a verbo composito derivatum reperiri. Sed vid. Ἐμβλεπώ Ἐμβλώ Ἐπαγώ alia.

Ἐννυώ vid. Ἐνυώ.

Ἐντώ, nomen Graeae cuiusdam perverse scriptum pro Ἐνυώ. Pherec. (fr. 26) ap. Schol. Ap. Rh. IV, 1515: καὶ πρῶτον μὲν ἡγεῖται αὐτῷ πρὸς τὰς τοῦ Φόρκου γραίας Πεμφρηδὼ καὶ Ἐντὼ καὶ Ἰαινώ .... ἱστορεῖ Φερεκύδης ἐν τῇ δευτέρᾳ. Idem vitium Apollod. II, 4, 2 ex Aegii editione usque ad Heynium propagatum est, quum ipse Aegius iam correxisset Ἐνυώ. Heynins ex codicibus emendavit. Sed locus Scholiastae dupliciter corruptus est. Praeter Ἐντώ etiam Ἰαινώ falsum est. Vid. Δεινώ. Edidit nunc H. Keil. Ἐνυώ et Δεινώ. Scholiastam inconsiderate exscripsit Eudocia p. 335. Nam haec nomina exhibet: πρῶτον μὲν ἡγεῖτο αὐτῷ παρὰ τὰς τοῦ Φόρκου γραίας Πεφριδὼ καὶ Ἐντὼ καὶ Ἐνυώ.

Ἐνυώ, ἡ, numen muliebre.

Id in nonnullis libris vario modo perperam scribitur. Ἐννυώ Heracl. 13, Cornut. 21 pp. 117 sqq. (edd. Ald. et Basil. ubique Par. 2), Lycophr. 463 (Par. G. Vind. IV Vitenb. III Barocc. Casanat. 2 Barberin.) 519 (Barocc. Casanat. 2, Ἐννύω Palat. 4), Paus. I, 8, 4 (Vindob. b), Zenob. I, 41 (ed. pr.), Tzetz. Theog. 138. 142, etiam Ἐννυάλιος Cram. AO. I, 427, 18. — Ἐνιώ ap. Cornut. l. c. Paris. 3, Ἐνιῶ Pariss. l. 5. — Ἐνιώ Cornut. l. c. (quidam codices), Paus. l. c. (Mosq. Venet. Angel. Lugd. b). — ἡνιούς ap. Cornut. l. c. Laurent. 1. — Εὐνοῦς ap. Strab. XII, 3, 535 extr. edd. Par. et Amst.

Nonnulli Grammatici praeceperunt nomen esse pronuntiandum Ἐνῦώ, quod reprobat Trypho ap. Eust. ad Il. V, 77 p. 524, 15: καὶ ὅτι κακῶς δασύνουσί τινες τοῦ Ἐνυώ τὸ υ. ἄμεινον γάρ, φησὶ (Τρύφων), ψιλοῦν, διότι οὐκ ἔστι κύριον, ἀλλὰ τὴν πολεμικὴν δηλοῖ, ἀφ' ἧς καὶ ὁ Ἐνυάλιος. Idem fere dicit Schol. Il. V, 333, ubi ἐνύω scriptum est.

1. belli dea, ἡ πολεμικὴ θεά Hesych. Schol. Opp. Hal. II, 25, ἡ π. θεός Schol. Il. l. c. Suid. Zonar. Cramer. AO. I, 157, 13, πολεμική τις δαίμων Cram. AO. II, 6, 20 Bachm. AG. II, 227, 19, δαίμων, ἥτις ἐστὶ προστάτις τοῦ πολέμου Etym. M. 345, 56: δαιμόνιόν τι μάχιμον Eust. ad Il. V, 333 p. 552, 13. Hom. Il. V, 333: οὐδὲ θεάων | τάων, αἵτ' ἀνδρῶν πόλεμον κάτα κοιρανέουσιν, οὔτ' ἄρ' Ἀθηναίη, οὔτε πτολίπορθος Ἐνυώ coll. Paus. IV 30, 5: ἐν Ἰλιάδι ἐποίησεν (Ὅμηρος) Ἀθηνᾶν μὲν καὶ Ἐνυὼ πελεμούντων ἡγεμονίαν ἔχειν, Lycoph. 519: τοὺς Ἄρης ἐφίλατο | καὶ δῖ' Ἐνυὼ καὶ Τριγέννητος θεά, Hom. Il. V, 592: Ἄρης καὶ πότνι' Ἐνυώ· |

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ἣ μὲν ἔχουσα Κυδοιμὸν ἀναιδέα δηιοτῆτος, Callim. h. in Del. 276: οὐδέ σε (Δῆλον) Ἐνυὼ | οὐδ' Ἀΐδης οὐδ' ἵπποι ἐπιστείβουσιν Ἄρηος, Q. Smyrn. I, 365 vocatur καρτερόθυμος, V, 29 στονόεσσα, I, 402 κούρη Ἐνυαλίη, VIII, 425 soror Polemi (Belli): λυγρὴ δ' ἐπετρέπετ' Ἐνυὼ | δῆριν ἐπικλονέουσα, κασιγνήτη Πολέμοιο. Sil. Ital. X, 202: *veluti nondum satiasset Enyo | iras saeva truces*, Stat. Theb. VIII, 656: *et face mutata bellum integrabat Enyo*, Petron. Mutat. R. R. 62: *quos obruit omnis | armorum strue diversa feralis Enyo*, ubi codex Traguriensis habet *Erinnys*, Claud. in Eutr. I, 238: *Erubuit Mavors aversaque risit Enyo | dedecus Eoum.* Saepissime nomen legitur ap. Nonn. Dion. velut II, 365. 419. 475. 532. 605. III, 306. IV, 457 et permultis aliis locis. Ad V, 41 novissimus editor animadvertit: *Ἐνυώ Bellonae nomen Nonno semper de bello ipso dicitur, uti Ἠχώ de sono.* Alios locos vide in H. Steph. thes. ed. Didot.

Varia necessitudine cum Marte coniuncta est. Cornutus 21: περὶ δὲ τῆς Ἐνυοῦς οἱ μὲν μητρός, οἱ δ' ὡς θυγατρός, οἱ δ' ὡς τροφοῦ Ἄρεως διαφέρονται. Idem fere dicit Eudocia p. 149. Schol. Il. V, 333: ἧς (Ἐνυοῦς) οἱ νεώτεροι ποιηταὶ υἱὸν εἶναί φασι τὸν Ἄρεα καὶ διὰ τοῦτο καλεῖσθαι Ἐνυάλιον. Grammat. in Cram. AO. I, 157, 10: οἱ δὲ Διὸς καὶ Ἐνυοῦς γενέσθαι τὸν Ἄρεα. Schol. Arist. Pac. 457: τινὲς δὲ Ἄρεως καὶ Ἐνυοῦς τὸν Ἐνυάλιον (εἶναι λέγουσιν). Schol. Opp. Hal. II 25: Ἐνυὼ πολεμικὴ θεὰ τοῦ Ἄρεως ἀδελφή.

De etymologia veteres et recentiores grammatici maxime ambigunt: quod indicium est, etymon prorsus obscuratum esse. Praecipua eorum experimenta communicaturus sum.

a) ἀπό τοῦ ἐναΰω *inclamo.* Apollod. (fr. 233 Mueller. Vol. I p. 467 a) ap. Eust. ad Il. V, 77 p. 524, 14: ἀπὸ τοῦ ἐναύειν γίνεται κατὰ Ἀπολλόδωρον, ὅ ἐστιν ἐμφωνεῖν. Eust. ad Il. V, 333 p. 552, 14: ἀπὸ τοῦ ἐναύειν τὸ φωνεῖν, ἀφ' οὗ καὶ ἀυτὴ ὁ πόλεμος λέγεται καὶ ὁ Ἐνυάλιος. Schol. Il. l. c.: παρὰ τὸ ἐναύειν, ὃ σημαίνει ἐκφωνεῖν. Etym. M. 345, 52: παρὰ τὸ ἐναύειν, ὅ ἐστιν ἐμφωνεῖν coll. Schol. Opp. Hal. II, 25. Hunc Etym. locum male tractavit Villoisonus ap. Osann. ad Cornut. l. c. p. 119, cum corrigit ἔνειν vel ἐνύειν, ὅ ἐστιν ἐμφονεύειν. Osannus tacite probat. Hi quattuor loci emendandi sunt ex Eust. ad Il. I 492 p. 140, 37: καὶ ἐνυὼ δὲ ἀπὸ τοῦ ἐναΰω (sic) τὸ φωνῶ. Eodem spectat quod Io. Diac. de Hesiodeis Graeis p. 462 disputat, cum ut nomen Enyo explicet verbo κραυγάζειν utitur, Schoemanno ut videtur probante Ind. Lectt. 185⅔ p. 58.

b) ἀπὸ τοῦ ἐνίειν. Cram. AO. II, 434, 1: Ἐνύω (sic) ἀπὸ τοῦ ἐνίειν τοῖς πολεμίοις μάχην, ὅθεν ὑσμίνη. Haec petita videntur ex Etym. M. 345 52: παρὰ τὸ ἵω ἀπὸ τοῦ ἐνίειν τοῖς πολεμουμένοις τὴν μάχην, ὅθεν καὶ ὑσμίνη coll. Schol. Opp. l. c. Paullo aliter Cornut. l. c. p. 119: Ἐνυὼ γάρ ἐστιν ἡ ἐνιεῖσα (ἐνιοῦσα Eudoc. p. 149) θυμὸν καὶ ἀλκὴν τοῖς μαχομένοις et iisdem verbis Schol. Il. V, 492, unde apparet, utrumque ex communi fonte hausisse, praesertim cum Cornutus in tertia quoque explicatione cum hoc Scholiasta consentiat, aut alterum alterius esse auctorem.

c) ἀπὸ τοῦ ἥκιστα ἐνηοῦς. Schol. Il. V, 492: κατ' εὐφημισμὸν ἀπὸ τοῦ ἥκιστα ἐνηοῦς ἐπιεικίας εἶναι, qui locus corrigi potest ex Cornuto κατ' εὐφημισμὸν ἀπὸ τοῦ ἥκιστα ἐνηὴς (ἐνιής Eudoc. p. 179) καὶ ἐπιεικὴς εἶναι.

d) ἀπὸ τοῦ ἔνω aut ἕνω *interficio.* Eust. Il. V, 333 p. 552, 14: ἀπὸ τοῦ ἔνω ἐνύω τὸ φονεύω. Hom. Epim. in Cram. AO. I, 427, 18: φένω, τὸ φε ψιλὸν ἀπὸ τοῦ φῶ τὸ φονεύω καὶ ἀποβολῇ τοῦ φ ἔνω καὶ κατὰ παραγωγὴν ἐνύω, καὶ ὄνομα ῥηματικὸν Ἐνυὼ καὶ Ἐνυάλιος. ib. 157, 13: φονεύω· τοῦτο παρὰ τὸ εὔω (leg. ἔνω) τὸ φονεύω, ὅθεν καὶ Ἐνυὼ ἡ πολεμικὴ θεὸς καὶ Ἐνυάλιος. ib. p. 19: τὸ δὲ φένω παρὰ τὸ ἔνω τὸ φονεύω, ἐξ οὗ καὶ Ἐνυάλιος (cod. ἐνάλιος) καὶ Ἐνυὼ ἡ πολεμικὴ θεός. Etym. M. 337, 36: ἔνω τὸ φονεύω. ὅθεν κ. Ἔ κ. Ἔ. τὸ δὲ ἔνω παρὰ τὸ ἕλω τὸ φονεύω. Heracleon ap. Eust. Il. V, 77 p. 524 14: ὡς ὁ Ἡρακλέων φησίν, ἀπὸ τοῦ ἕνω (ἔνω Eudoc. p. 149) τὸ φονεύω, ὅθεν καὶ αὐτοέντης καὶ αὐθέντης ὁ αὐτοφόντης. a quo petita sunt quae Schol. Il. V, 333 affert: τινὲς δὲ παρὰ τὸ ἐνῶ (leg. ἕνω), ὅ ἐστι φονεύω, ἔνθεν καὶ αὐτοέντης. De spiritu conferatur Herodiani praeceptum ap. Cram. AO. I, 129, 17: ἔνατος δὶ ἐνὸς ν· ὁ Ἡρωδιανὸς ψιλή· διοτί; πρὸ τοῦ ἑνὸς ψιλοῦται· οἷον Ἐνυώ ἔνδιοι. Hanc etymologiam probat Lobeck. Rhem. p. 325.

e) ἀπό τοῦ ἕω *perficio.* Cram. AO. I, 19: τὸ δὲ Ἐνυὼ παρὰ τὸ ἕω τὸ τελείω· πλεονάζει δὲ τὸ ν πολλάκις ἐν ταῖς στερήσεσιν· οἷον ἀνάξιος ἀναίσχυντος ἀιδής ἀναιδής.

Nec recentioribus viris doctis contigit veram huius vocis originem pervestigare. Hermannus Op. II, 180 Graeam Enyo interpretatur *Inundonam* quasi sit ea ab ἐνύω *impluo* nominata. Item Creuz. Symb. II, 433. Lobeck. l. c. idcirco hoc improbat, *quia non aliud reperitur nomen a verbo composito derivatum.* Sed vid. Ἐνιπώ. Cum vero utrumque numen Bellona et Graea eodem nomine appelletur, facile coniicias, sua natura ac vi eas inter se similes esse. *Inundonae* autem natura abhorret a Bellona. Itaque iam ex hac interpretatione colligi potest, Hermannum verum huius vo-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cis etymon non repperisse. Propria quaedam est explicatio Muelleri in libello qui *Ares* inscribitur p. 75, ubi Graecorum Ἐννώ et Latinorum *anus* (vetula) unum idemque nomen esse opinatur. Ἐννώ igitur esse *anum* i. e. deam inferam, *die Unterweltliche*. Sed *anus* nota nimis indefinita est. Duentzerus qui de scriptione illa iudicium tulit in Iahnii Annall. 1849 I p. 62 se non magis quam Pottum in *Etym. Forschung*. I, 230 certam etymologiam scire fatetur, hoc quidem pro explorato habere, *νυ* esse radicem et *ε* nihil aliud esse nisi prosthesim. in elementis *νυ* videri inesse vim *feriendi vulnerandi*, ut in elementis *νυγ* (*νύσσω*) et comperari posse *νεύειν* (rad. *nu*). Ab Muelleri interpretatione non plane Schoemannus abhorret, qui l. c. Graeas esse vetulas dicit, ipse tamen in *clamoris* notione, quam vocabulo Enyo nonnulli veteres grammatici subesse volunt acquiescit. Pottus l. c. inter etyma *ἀύειν* et *ἀνύειν* ambigit, ita ut Enyo possit esse aut *clamosa* aut *interfectrix*.

Ex hac tanta opinionum diversitate hoc apparet originem huius vocis adhuc occultam esse ac penitus abditam. Omnino dubitari potest num sit vocabulum hocce ex Graeca radice ortum. Nonnulla alia eiusdem generis vocabula iam a philologis qui orientales dicuntur pulchre ac prospere explicata sunt. Forsitan huius quoque vocabuli explicatio illis continget.

Ex eadem stirpe nomen Ἐνυάλιος progerminasse et per se elucet et veteres omnino dicunt. quamquam Schol. Il. V, 333 longius progredi videtur, cum dicit: *ἧς (πολεμικῆς θεοῦ) οἱ νεώτεροι ποιηταὶ υἱὸν εἶναί φασι τὸν Ἄρεα καὶ διὰ τοῦτο καλεῖσθαι Ἐνυάλιον μητρωνυμικῶς*. Item Ἐνυείς, de quo Steph. Byz. v. *Πυθώ*: *παρὰ τὴν Πυθώ Πυθεύς ὡς Ἐννώ Ἐνυεύς*. Parum conveniens analogiae est forma *τὸ Ἐνυεῖον* Bellonae fanum ap. Dion. Cass. exc. 135, 3 p. 54, 26. lib. 42, 26 = 321, 5, ubi codd. pro *Ἐνυεῖόν τι* habent *ἐνιόντι* praeter Med. a, cuius scriptura est *ἐνυιόντι*. Exspectaveris potius *τὸ Ἐνυῷον*, ut *τὸ Λητῷον*. Conferri potest *τὸ Πυθεῖον*, quae eadem forma novicia est. De grammatica terminatione templorum nominum ab ipsorum deorum nominibus formatorum cf. Sturz. ad Dion. vol. V n. 17 p. 613 sqq.

2. *ἐννώ, ἡ*, pugna. Hesychius: *Ἐννώ πολεμικὴ θεὰ ἢ μάχη· ἔστι δὲ πλαστὸν πρόσωπον ὡς Φόβος καὶ Ἔρις καὶ Κύδοιμος*. Zonar.: *Ἐννώ μάχη ἢ θεὸς πολεμική*. Locus in quo propria vis vocabuli in improprietatem deflectitur ap. Lycoph. 463 reperitur, ubi de Aiace sic dicitur: *οὐ γάρ τι πείσει φίτυν, ὡς ὁ Λήμνιος | πρηστὴρ Ἐνυοῦς οὔποτ' ἐς φύζαν τραπεὶς | ταῦρος βαρύφρων*. Schol. Par. C explicandi causa dicit *τῆς Ἐνυοῦς, τῆς μάχης*. item paraphrasta. contra Schol. Par. A habet *τῆς Ἐνυοῦς δαίμονος πολεμικῆς*. L. Dindorf. in H. Steph. thes. duos locos Oppiani affert Cyneg. I, 194 de venatione *τοῖός μοι βαίνοι κρατερὴν θήρειον ἐννὼ . . . ἵππος*. II, 53 de pugna duorum taurorum *δὴ τότ' ἐπ' ἀμφοτέροισιν ὑπέρβιος ἵσταθ' ἐννώ*. Nonnianos locos vid. n. 1 p. 4. Adde Mart. Spect. XXIV, 3: *ne te decipiat ratibus navalis Enyo*.

3. una de Graeis. Hes. Th. 273: *Πεφρηδώ τ' εὔπεπλον Ἐννώ τε κροκόπεπλον*. Apollod. II, 4 2, Pherec. ap. Schol. Ap. Rh. IV, 1515, Schol. Aesch. Prom. 793, Eudoc. pp. 105. 288, Heracl. 13, Zenob. I, 41, Hyg. fab. praef., Tzetz. ad Lycoph. 838, eiusdem Theog. 138. 142 ed. a Bekk. in Act. Acad. Berol. 1840 et Metranga AG. p. 582:

Λητοῖ μιγεὶς τῇ ἀδελφῇ γεννᾷ μὲν τὰς Φορκύδας,
τὴν Ἐννὼ καὶ Πεφριδώ, γεννᾷ καὶ τὰς Γοργόνας
Σθενὼ καὶ Εὐρυάλειαν, τὴν Μέδουσάν τε τρίτην,
ξένον τι γέρας καὶ κενὸν οὖσας τὰς πέντε κόρας·
εἷς γὰρ ὑπῆρχεν ὀφθαλμὸς ταῖς ἀδελφαῖς ταῖς δύο,
τῇ Πεφριδοῖ καὶ Ἐνυοῖ, καὶ ταῖς Γοργόσιν ἄλλος,
ἑτέρα παρ' ἑτέρας δὲ τὸν ὀφθαλμὸν λαβοῦσα
ἔβλεπεν ὅταν ηθελε καὶ πάλιν ἀπεδίδου,
κυκλοειδεῖς, μονόδοντες πλὴν ἦσαν αἱ Φορκύδες.

Vide *Δεινώ* et *Ἐντώ*. Praeterea cf. Schoemann. De Phorcyne eiusque familia p. 28.

4. cognomen Iunonis. Tzetz. Chil. XII, 794:

ὁ δ' Ἐνυάλιος θεὸς πολεμικὸς ὑπάρχει.
κατά τινας ὁ Ἄρης μὲν Ἐνυοῦς ὢν Ἥρας,
ἄλλοις υἱὸς τοῦ Ἄρεος, ἑτέροις δὲ θεράπων.

Schol. ad Tzetz. Chil. l. c. in Cram. AO. III, 374 15: *Ἐννὼ ἐπίθετον Ἥρας*.

5. cognomen Dianae apud Cappadoces, unde locus quidam in Cappadocia vocabatur *τῶ τῆς Ἐνυοῦς ἱερόν*. Strab. XII, 2, 3 p. 535 extr. *Ἐν δὲ τῷ Ἀντιταύρῳ τούτῳ βαθεῖς καὶ στενοί εἰσιν αὐλῶνες, ἐν οἷς ἵδρυται τὰ Κόμανα καὶ τὸ τῆς Ἐνυοῦς (Εὐνοῦς* edd. Par. et Amst.) *ἱερόν, ὃ ἐκεῖνοι Κόμανα (Μᾶ* Cramer.) *ὀνομάζουσι· πόλις δ' ἐστὶν ἀξιόλογος, πλεῖστον μέντοι τῶν θεοφορήτων πλῆθος καὶ τὸ τῶν ἱεροδούλων ἐν αὐτῇ. Κατάονες δέ εἰσιν οἱ ἐνοικοῦντες, ἄλλως μὲν ὑπὸ τῷ βασιλεῖ τεταγμένοι, τοῦ δὲ ἱερέως ὑπακούοντες τὸ πλέον· ὁ δὲ τοῦ θ' ἱεροῦ κυριός ἐστι καὶ τῶν ἱεροδούλων, οὗ κατὰ τὴν ἡμετέραν ἐπιδημίαν πλείους ἦσαν τῶν ἑξακισχιλίων, ἄνδρες ὁμοῦ γυναιξί . . . . Τὰ δὲ ἱερὰ ταῦτα δοκεῖ Ὀρέστης μετὰ τῆς ἀδελφῆς Ἰφιγενείας κομίσαι δεῦρο ἀπὸ τῆς Ταυρικῆς Σκυθίας, τὰ τῆς Ταυροπόλου Ἀρτέμιδος· ἐνταῦθα δὲ καὶ τὴν πένθιμον κόμην ἀποθέσθαι, ἀφ' ἧς καὶ τοὔνομα τῇ πόλει*. coll. 3, 32 p. 557: *ὑπὲρ δὲ τῆς Φαναροίας ἐστὶ τά τε*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Κόμανα τὰ ἐν τῷ Πόντῳ, ὁμώνυμα τοῖς ἐν τῇ μεγάλῃ Καππαδοκίᾳ καὶ τῇ αὐτῇ θεῷ καθιερωμένα ἀφιδρυθέντα ἐκεῖθεν.

Ἐπαγαθώ, ἡ, nomen muliebre.

1. uxor Abianii lapidis iactu interfecta, postea Rhodogune Basilis nominata. Anth. Pal. app. 367, Anth. Gr. ep. adesp. 697:

Τύμβον ὁρᾷς, παροδῖτα, περικλειτῆς Ῥοδογούνης,
ἣν κάνεν οὐχ ὁσίως λάεσι δεινὸς ἀνήρ.
κλαῦσε δὲ καὶ τάρχυσ' Ἀβιάνιος ἣν παράκοιτιν,
καὶ βαιὴν στήλῃ τῇδ' ἀπέδωκε χάριν.
Ὄνομα τὸ πρίν με πᾶς ἔκλησεν Ἐπαγαθώ·
νῦν δὲ Ῥοδογούνην Βασιλίδος τὸ ἐπώνυμον.

De Rhodogunis vide Dorvill. ad Charit. V, 3 p. 446 (471). Iacobs. ad AG. tom. XII p. 270 sqq. Baehr. Ctes. fr. p. 153.

2. mulier in inscriptione Musei Bonon. Boeckh. CIG. III n. 6739 (Osann. Syll. p. 564 n. 3) *Θ Κ Ἐπαγαθὼ σύμβιος κ(αὶ) Ἑσπερὶς θυγάτηρ Ἑσπέρῳ συνζήσαντι ἔτη κς μν(ε)ίας [χάριν].*

3. mulier in inscriptione Patarensi. Boeckh. CIG. III n. 4227 b: *τὸ μνημεῖον κατεσκεύασεν σὺν τῷ [σο]ρίῳ Αὐρ. Ἐπάγαθος Σελγε[ί]της Κυαν[είτ]ιδι καὶ θυγατ[ρὶ] Α[ὐρ] Ἐ[π]αγαθ[οῖ].* Lapis habet *ΕΙΑΓΑΘΩ*, unde Walpolius *Travels* p. 538 n. 3 coniecit *ἐπ' ἀγαθῷ auspicato.* sed tum suppressum est filiae nomen. Keilius in Schneidew. Philol. 1849 IV, 4 p. 738 non abhorret a scriptura *Ἐπαγάθῳ,* cuius nominativus sit *Ἐπάγαθον.* Nomina huius generis feminina primus E. Curtius ostendit et C. Keilius multa collegit Syll. inscr. Boeot. p. 26. Non est dubium quin Franzius verum restituerit.

4. mulier in inscriptione, quam Dorvill. ad Charit. II, 3 p. 172 (304) affert. Scribit ille: *Apud. Fabret.* Cl. 4, 51 p. 254 MAGNIA. EPAGATHO. DVLCIS. ANIMA. HAVE. BENE. VALEAS. etc.

Idem Dorvillius haud dubie hoc nomen et consimile *Ἐπάγαθος* ex sollenni formula *ἐπ' ἀγαθῷ auspicato* natum esse recte iudicat. Haec nomina ad aetatem posteriorem videntur pertinere.

Ἐπαγώ, ἡ, nomen antistitae cuiusdem Iunonis in inscriptione Cyrenaica ex aetate Ptolemaeorum Boeckh. CIG. III n. 5143, 10: *Θεὸς τύχα ἀγαθά. Ἱάρεαι τᾶς Ἥρας . . . Ἐπαγὼ Καρνήδα.*

Hoc nomen proxime a verbo *ἐπάγω duco* natum esse videtur, ut simplex *Ἀγώ* a simplici verbo *ἄγω.*

Ἐπαφρώ, ἡ, nomen muliebre.

1. puella contubernalis Cereris et Proserpinae facta in inscriptione Laconica Boeckh. CIG. I n. 1449: *Ἡ πόλις | Αὐρ[ηλί]αν Ἐπαφρώ, [π]ῶλον | τοῖν ἁγιωτάτοιν θεοῖν | γενομένην Δήμητρι καὶ | Κ[ό]ρῃ σεμν...*

2. avia antecedentis puellae ib. v. 9 . . . *προσδεξαμένης τὸ ἀνάλωμα | τῆς τήθης αὐτῆς Κλαυδία[ς] | Ἐπαφ[ρῶ]ς.* In lapide est *ΕΙΛΑΦΙ..Σ.*

3. mulier in inscriptione Attica. Curt. Inscriptt. Att. n. 195, 4 p. 32: *Ξενική, Ἐπαφρὼ ἀπὸ Ἀπ[ά]τ[η]ς καὶ Στρατολάου καὶ Σωσιπάτρου.*

Nomen *Ἐπαφρώ* eandem rationem habet ad *Ἐπαφροδίτη* quam *Ἀφρώ* ad *Ἀφροδίτη.*

Ἐραννώ, ἡ, nomen saltatricis, ut ait L. Dindorfius in H. Steph. thes., *inscriptum marmori septem saltatrices subscriptis nominibus exhibenti,* in Musei Bourbon. vol. 5 tab. 39. Illa septem nomina Osannus ad Cornut. p. 272 dicit esse teste Gerhardo *Neapels antike Bildwerke* tom. I p. 82 haec: *Εὐφροσύνη Ἀγλαΐη Θαλίη. iuxta has tres Gratias,* inquit Osannus, *conspiciuntur nymphae tres appellatae nominibus inscriptis Ἰσμήνη Κυκαΐς ΕΡΑΝΝΟ, quibus septima figura muliebris minori forma adiungitur una cum nomine Τελόννησος, quo nomine cum* Proconnesos Halonnesos *aliisque urbium appellationibus componendo repraesentari aiunt locum quendam vel regionem ignobilem, cuius notitia ad nostram aetatem non pervenerit. Forte intelligitur* Telus, *una Cycladum insula, vix nomine nobis nota, cuius meminit Herodotus* VII, 153 *a Telo conditore* (v. Steph. Byz. v. *Τῆλος.*) *iuxta ut opinor Τηλόννησος nominata.*

De reliquis nominibus alii viderint. *Ἐραννώ* certe repetendum est ab *ἐραννός amabilis iucundus.* Similiter exeunt *Γυριννώ Κοριαννώ Μελιννώ Φαεννώ,* etiam *Δαμοννώ.*

Ἐρᾶτώ sive *Ἐρᾶτῳ, ἡ,* nomen muliebre.

1. Sexta de novem Musis. Sexta est apud plerosque scriptores, ceterarum ordo valde variatur. Hes. Th. 77 et ap. Diod. IV, 7, Orph. h. 75, Cornut. 14, Anth. Lat. I, 73, Tzetz. Th. 322 Bekk. et Matrang. p. 588, Tzetz. ad Hes. p. 29 Lips.; Anth. Gr. I, 67, Anth. Lat. I, 74; Arsen. Viol. p. 325, Schol. Opp. Hal. I, 78; Schol. Lucian. ad Imag. 16 p. 164 Iacobitz.; Auson. Idyll. 20; Mart. Capell. II; Fulgent. I, 14, Myth. Vat. III, 8, 18, Myth. Vat. I, 114. II, 24. Quinta est ordine ceterarum mutato ap. Apollod. I, 3, 2, Schol. Apoll. Rh. III, 1. Octava in Phot. Bibl. 68 p. 34 a.

Iovis ex Mnemosyne filia est. Hes. l. c. coll. 915 sq. et qui eum sequuntur, quibus adde Solon. in Schneidew. Delect. p. 24, IV. Mater est Thamyris ex Aëthlio, al. mater Palaephati. Schol. Il. X, 435: *ὅσοι ἐκ τῶν Μουσῶν τίκτονται . . . Ἐρατοῦς Θάμυρις ὁ Θρᾷξ.* Tzetz. Hes. p. 25: *Ἐρατοῦς καὶ Ἀεθλίου τοῦ Ἐνδυμίωνος ἢ Φιλάμωνος Θάμυρις.* id. p. 28: *Ἐρατοῦς δὲ Θάμυρις ὡς πρῶ-*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

τος ἐρωτικὰ συνταξάμενος. Arsen. Viol. p. 426: οἱ ἐκ Μουσῶν οὗτοί εἰσι... Παλαίφατος Ἐρατοῦς.

Inventrix est poesis. Schol. Hes. Th. 76: Ἐρατὼ (εὗρε) ποίησιν. quam ob causam κατ' ἐξοχὴν pro quavis Musa a posterioribus poetis imprimisque Latinis — ex Graecis poetis exemplum novi nullum — invocatur. Virg. Aen. VII, 37: *Nunc age, qui reges, Erato, quae tempora rerum* (fuerint)... *expediam.* Servius ad h. l.: *Erato vel pro Calliope vel pro qualicunque Musa posuit sane.* Stat. Silv. IV, 7, 2: *Iamdiu lato spatiata campo | fortis heroos Erato labores | differ.* ad quem locum C. Barthius: *Rara huius Musae invocatio in poetis.* Ovid. Fast. IV, 195 pro reliquis ea loquitur et poetae fabulas quasdam explicat: *Pandite mandati memores Heliconis alumnae, | gaudeat assiduo cur dea magna sono. | Sic ego. Sic Erato: mensis Cythereius illi | cessit, quod teneri nomen amoris habet.* coll. V, 349. Meyer. Anth. Lat. I, 616, 1: *Fila premens digitis Erato modulamina fingit.* Ex coniectura Eratus nomen in Virg. Cir. 5 induxerunt Scalig. et Heins. Vid. Sillig. ad h. l. vol. IV p. 200.

Praecipue praesidet rebus venereis. Plat. Phaedr. 259 D: Τερψιχόρᾳ μὲν οὖν τοὺς ἐν τοῖς χοροῖς τετιμηκότας αὐτὴν ἀπαγγέλλοντες ποιοῦσι, τῇ δὲ Ἐρατοῖ τοὺς ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς. Philod. De Music. in *Varietà nei Volumi Ercolanensi pel Cavaliere Lorenzo Blanco* colum. XV, 15: ἡ μέντοι γε Ἐρατῷ (sic), | ζητῶ πῶς τὸ συμβαλέσθαι | τὴν ἰδίως καλουμένην | μουσικὴν πρὸς τὴν ἐρωτι | κὴν ἀρετὴν εἰρήθη. Grammatice non omnia congruunt. Spriptura Ἐρατῷ certa est, de qua scriptura v. Ἀθηνῷ n. 2. Pyctes in Cramer. AO. I, 268, 2, ὁ δὲ Πύπτης καὶ τὰ μαθήματα αὐτῶν διεῖλεν εἰς θεωρήματα καὶ φησι Καλλιόπην μὲν καὶ Κλειὼ φιλοσόφων καὶ ῥητορικῶν... Ἐρατὼ δὲ ἐρωτικῶν. Idcirco poetae eam posteriores invocant, ubi amorem cantaturi sunt. Cf. Athen. XIII, 555 B. Ap. Rh. III, 1 priusquam de Medeae amore loquitur: Εἰ δ' ἄγε νῦν, Ἐρατώ, παρά θ' ἵστασο καί μοι ἔνισπε, ad quem locum Scholiasta: Ἐρατὼ ἀντὶ [τοῦ] Ἐρατοῖ, Ἀττικῶς. Hic vocativus non ita rarus est. Vid. Ἀφροδώ Γοργώ n. 10 Δημώ n. 10 Δηώ n. 16 Λητώ Πειθώ al. Ovid. AA. II 16: *Nunc Erato* (mihi fave): *nam tu nomen amoris habes.* 425: *Docta quid ad medicas, Erato, deverteris artes.* Huc etiam pertinet Claud. De Mallii Theod. cons. 283, ubi vide Heins. Stat. Silv. I, 2, 49: *Sed quae causa toros inopinaque gaudia vati | attulit, hic mecum, dum fervent agmine postes | atriaque, et multa pulsantur limina virga | hic, Erato iucunda, doce.*

Eadem praeest sacris nuptialibus et saltationi artique cymbalistriarum. Tzetz. Hes. p. 24 et Eudoc. p. 295: Ἐρατὼ (εὗρε) γαμικὰ καὶ ὄρχησιν. Tzetz. Exeg. p. 50 Herm., Schol. Ap. Rh. III, 1: τὴν Ἐρατὼ φασιν ὄρχησιν εὑρηκέναι· εὐλόγως οὖν Ἀπολλώνιος μεμοιρᾶσθαι τὴν Ἐρατὼ φησι τῶν τῆς Ἀφροδίτης ὀργίων, λέγω δὴ τῶν γαμικῶν· γάμοις δὲ ἄρα καὶ ὄρχησις ἕπεται. Sed conservat in laetitia decentiam. Plut. Symp. IX 14, 7: Ἐρατὼ... ἐξαίρει καὶ κατασβέννυσι τὸ μαλακὸν τῆς ἡδονῆς οὐχ ὕβριν οὐδ' ἀκολασίαν τελευτώσης. Auson. Idyll. 20, 6 coll. Meyeri Anth. Lat. I, 617, 6. 618, 6: *Plectra gerens Erato saltat pede carmine vultu,* pro quibus ultimis verbis aptius habet Myth. Vat. II, 24 p. 83, 12 Bod. coll. Meyeri Anth. Lat. I, 619, 8: *carmine ducto.* Schol. Opp. Hal. I, 78: τὰ ὀνόματα τῶν ἐννέα Μουσῶν καὶ ποίης τέχνης ἑκάστη ἐπιστατεῖ καὶ τίς ὁ ταύτης ἐν βίῳ ἐφευρέτης· Κλειὼ δ' ἱστορίας, Ἡρόδοτος... Ἐρατὼ κυμβάλων, Ἑρμῆς. Idem fere Arsen. p. 325 et Schol. Lucian. l. c.

Invenit denique philosophiam inprimisque geometriam. Cornut. 14, 165 (51 Osann.): Ἡ δὲ Ἐρατὼ πότερον ἀπὸ τοῦ ἔρωτος λαβοῦσα τὴν ὀνομασίαν, τῆν περὶ πᾶν εἶδος φιλοσοφίας ἐπιστροφὴν παρίστησιν· ἢ τῆς περὶ τὸ ἔρεσθαι καὶ ἀποκρίνεσθαι δυνάμεως ἐπισκοπός ἐστιν, ὡς δὴ διαλεκτικῶν ὄντων τῶν σπουδαίων. coll. Eudoc. p. 296. Myth. Vat. I, 114: *Erato id est inveniens simile quae geometriam reperit.* coll. II, 24. III, 18.

Quomodo sit illa figurata aut picta ab antiquis artificibus vide C. B. Hasium in H. Steph. thes. et Kraus. in Paul. Encyclop. v. *Musen* tom. V p. 265.

De etymologia et formatione vid. Cornut. supra et Theog. Can. 718 in Cramer. AO. II, 118 18, qui omnia huius generis nomina docet esse deminutiva .... καὶ πάντα ἐστὶν ὑποκοριστικά, οἷον λήθη ληθώ... ἐρατός Ἐρατώ. Vid. Βασιλώ et Εἰδώ. Activo sensu explicat Diod. IV, 7: φασὶν ὠνομάσθαι... Ἐρατὼ ἀπὸ τοῦ τοὺς παιδευθέντας ποθεινοὺς καὶ ἐπεράστους ἀποτελεῖν. Perversa et absurda est interpretatio Fulgentii Myth. I, 14: *Sexta* Ἐρατώ i. e. εὕρων ὅμοιον, *quod nos Latine* inveniens simile *dicimus: quia post scientiam* (Thaliam) *et memoriam* (Polymniam) *iustum est, ut aliquid simile et de suo inveniat.* Secutus est tertius Myth. Vatic. nomine auctoris prolato III, 8, 18, ubi codd. Gotting. et Goth. nomen sic exhibent: *eratho* (item cod. Vind. ap. Endlich. AG. p. 470), cod. Par. *aretho.* Reliqui duo Mythographi eodem modo nomen interpretantur II, 24 et I, 114, quamquam Fulgentium non prorsus sequuntur, cum uterque addat, hanc Musam esse

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

geometriae inventricem. Graeca omnes tres omittunt. Rinck, *Die Relig. der Hellen.* I p. 293 non bene interpretatur *die Lieblichkeit.* Paronyma apud Papium sunt Ἐράτων Ἔρατος Ἐρατά.

2. filia Nerei ex Doride. Hes. Th. 247: *Νηρῆος δ' ἐγένοντο μεγήρατα τέκνα θεάων | πόντῳ ἐν ἀτρυγέτῳ καὶ Δωρίδος ἠυκόμοιο | . . , Πασιθέη τ' Ἐρατώ τε καὶ Εὐνείκη ῥοδόπηχυς.* Apollod. I, 2, 7. Vid. *Δηρώ.* Figurata teste Hasio in H. Steph. thes. in fictili picto una cum Theti adscripto nomine, De Witte, *Descr. de vases peints* n. 135 p. 84.

3. Oceani filia. Hyg. 182: *Oceani filiae Idothea Althea Adrasta. alii dicunt Melissei filias esse Iovis nutrices, quae nymphae Dodonides dicuntur. alii Naiades vocant: quarum nomina Cisseis Nysa Erato Eriphia Bromie Polyhymno. hae in monte Nysa munere alumni potitae sunt, qui Medeam rogaverat, et deposita senectute in iuvenes mutatae sunt consecrataeque postea inter sidera Hyades appellantur. alii tradunt vocitatas Arsinoe Ambrosie Bromie Cisseis Coronis.*

4. Dryas nympha uxor Arcadis ex quo tres filios genuit, eademque Panis vaticinantis interpres. Paus. VIII, 4, 2: *Μετὰ δὲ Νύκτιμον ἀποθανόντα Ἀρκὰς ἐδέξατο ὁ Καλλιστοῦς τὴν ἀρχήν . . . Συνοικῆσαι δὲ οὐ θνητῇ γυναικὶ αὐτόν, ἀλλὰ νύμφῃ Δρυάδι ἔλεγεν . . . . τὴν δὲ νύμφην ταύτην καλοῦσιν Ἐρατὼ καὶ ἐκ ταύτης φασὶν Ἀρκάδι Ἀζᾶνα καὶ Ἀφείδαντα γενέσθαι καὶ Ἔλατον.* 37, 11: *Λέγεται δὲ ὡς τὰ ἔτι παλαιότερα καὶ μαντεύοιτο οὗτος ὁ θεός (Πάν), προφῆτιν δὲ Ἐρατὼ νύμφην αὐτῷ γενέσθαι ταύτην, ἣ Ἀρκάδι τῷ Καλλιστοῦς συνῴκησε. μνημονεύουσι δὲ καὶ ἔπη τῆς Ἐρατοῦς, ἃ δὴ καὶ αὐτὸς ἐπελεξάμην.* X, 9, 5, ubi quarto ad tres Arcadis filios nominato ita scriptor pergit: *τούτῳ δὲ ἦν οὐκ Ἐρατὼ τῷ Τριφύλῳ μήτηρ.*

5. una ex sororibus Meleagri in aves mutatis. Schol. Stephan. in Rhet. Arist. 7, 31 in Cramer. AP. I, 285, 31: *αἱ δὲ Μελεάγρου ἀδελφαὶ αὗται· Φοίβη Ἀντιόπη Ἐρατὼ Μενεσθὼ Εὐρυδίκη Ἱπποδάμεια. αἳ καὶ μετεβλήθησαν εἰς ὄρνιθας τὰς λεγομένας Μελεαγρίδας.* Eadem nomina sed alio ordine enumerat Anonymus *De Mulieribus quae bello claruerunt* in Tychsenii et Heerenii Bibl. Ant. Litt. et Art. fasc. VII ined. p. 6. Westermann. Parad. p. 219. id. Mythogr. 345, 13.

6. una de novem filiabus Pierii Macedonici. Paus. IX, 29, 4: *εἰσὶ δ' οἱ αὐτῷ θυγατέρας ἐννέα Πιέρῳ* (vid. *Ἀσωπώ*) *γενέσθαι λέγουσι, καὶ τὰ ὀνόματα ἅπερ ταῖς θεαῖς τεθῆναι καὶ ταύταις· καὶ ὅσοι Μουσῶν παῖδες ἐκλήθησαν ὑπὸ Ἑλλήνων θυγατριδοῦς εἶναι σφᾶς Πιέρου.* Mythogr. Vat. I, 86: *Pieri regis Macedoniae et Enipes novem filiae insolentius dum gloriantur, Musas in certamina provocaverunt cantus . . . victae in picas sunt transfiguratae.*

7. una de Danaidibus. Apollod. II, 1, 5, ubi vulgo antea *Ἐρατώ* pro *Εὐρωτώ*, quod nunc legitur. Heynius primus vulgatam scripturam eiecit. Sed Hyginus quoque unam de Danai filiabus appellat *Erate*, quod nomen mutandum videtur in *Erato*. Vid. *Εὐρωτώ.*

8. nomen mulieris ap. Alciphr. Ep. 1, 12 teste L. Dindorfio in H. Steph. thes. Liber mihi nunc non est ad manus.

9. famula Periclis. Anonym. Comment. ad Hermog. *De statibus* ap. Walz. Rhet. Gr. VII, 165: *οἷον Περικλῆς ταῖς θεραπαίναις τὰ τῶν Μουσῶν ὀνόματα ἐπιθεὶς κρίνεται ἀσεβείας.*

10. regina Armeniae, Tigranis II. soror, in numo ap. Eckhel. Add. pp. 36 b sqq.: *Βασιλεὺς βασιλέων Τιγράνου (caput regis iuvenile tiara Armenica tectum) — Ἐρατὼ βασιλέως Τιγράνου ἀδελφή (caput Eratus).* Dio Cassius in fr. a Morellio detecto (Lib. LV vol. III p. 364 Sturz.) expositis rebus a C. Caesare Augusti f. anno U. C. 754 et 755 in Asia gestis ita pergit: *οἵ γε μὴν Ἀρμένιοι καίπερ τοῦ τε Τιγράνου ἐκ πολέμου τινὸς βαρβαρικοῦ φθαρέντος καὶ τῆς Ἐρατοῦς, ὅς ποτε μετὰ τοῦ Τειριδάτου πρὸς τοὺς Ῥωμαίους ἀφῖκτο, παρεδίδοντο, ἐπολέμησάν σφισι τῷ ἑτέρῳ ἔτει ἐν ᾧ Πούπλιός τε Οὐινίκιος καὶ Πούπλιος Οὐάρος ὑπάτευσαν.* In nomine reginae consentit Tacitus An. II, 4, in tempore, quo illa regnaverit, dissentit. *Ariobarzane morte fortuita*, inquit ille, *absumpto stirpem eius haud toleravere tentatoque feminae imperio, cui nomen Erato, eaque brevi pulsa incerti solutique et magis sine domino quam in libertate profugum Vononem in regnum accipiunt.* Quam diversitatem Eckhelius p. 38 putat posse eo removeri, quod aut duas eiusdem nominis reginas Armeniae fuisse, quarum una Ariobarzani antecesserit, altera successerit, aut unam eandemque bis imperium primum ante Ariobarzanem, iterum post eum obtinuisse statuat. Posteriorem explicationem assumpsit Viscont. Iconogr. Gr. III p. 305. Cf. Orell. Tac. vol. I p. 145 sq.

11. puella quaedam Arcadica praematura morte patri erepta. Anth. Pal. VII, 646 Anyt. 18. Meinek. Del. p. 13:

Λοίσθια δὴ τάδε πατρὶ φίλῳ περὶ χεῖρε βαλοῦσα
εἶπ' Ἐρατὼ χλωροῖς δάκρυσι λειβομένα·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ὦ πάτερ, οὔ τοι ἔτ' εἰμί, μέλας δ' ἐμὸν ὄμμα καλύπτει
ἤδη ἀποφθιμένης κυάνεον θάνατος.

12. nomen mulieris in inscriptione Aeginetica. Boeckh. CIG. II n. 2142: Ἐρατὼ Λακρείδα θυγάτηρ νέα.

13. nomen mulieris in inscriptione Mitylenensi. ib. II n. 2207 coll. Add. p. 1029: Ὁ δᾶμος | Γά[ι]ε Ῥατίνιε Γαΐου υἱέ, | χρηστὲ χαῖρε. | Ἐρατώ, Ῥατινία ζῇ. Ad h. l. Boeckhius: Ἐρατὼ *videtur alia mulier esse, nam* Ῥατινία Ἐρατὼ *vix potest nomen unius esse.*

14. nomen mulieris in inscriptione Paria. ib. II n. 2406: Ἐρατὼ Ἀστυμήδ[ους] | χρηστὴ χα[ῖρ]ε.

15. nomen mulieris in columna Atheniensi, cuius primae litterae cuiusvis versus desunt. Ross. *Dem.* n. 133: Ἐ]πιγένης Διαίτου Ξυπεταιών | Ν]ίκιππος Ἐπιγένους Ξυπεταιών. | Ἐ]ρα[τ]ὼ Νικίππου Ξυπεταίονος. Lapis habet: · ΡΑΙΩ.

16. dyas Pythagorica. Theol. Arithmet. p. 13 (11 Ast): Ὅτι ἡ δυὰς καὶ Ἐρατώ, φασί (οἱ Πυθαγόρειοι), καλεῖται· τὴν γὰρ τῆς μονάδος ὡς εἴδους πρόσοδον δι' ἔρωτα ἐπισπωμένη τὰ λοιπὰ ἀποτελέσματα γεννᾷ, ἀρξαμένη ἀπὸ τριάδος καὶ τετράδος. Ὠνομάσθαι δὲ αὐτὴν οἴονται παρ' αὐτὴν τὴν τόλμησιν· ὅτι ἄρα ὑπέμεινε τὸν χωρισμὸν πρωτίστη, δύη τε καὶ ὑπομονὴ καὶ τλημοσύνη· ἀπὸ δὲ τῆς εἰς δύο τομῆς Δίκη τε, οἱονεὶ δίχη καὶ Ἶσις, οὐ μόνον, ὅτι ἴσον ἐν αὐτῇ τὸ ἀπὸ κατακράσεως, ὡς ἔφαμεν, τῷ ἀπὸ συνθέσεως, ἀλλὰ καί, ὅτι οὐδὲ τὴν εἰς ἄνισα μονωτάτη διαίρεσιν ἐγχωρεῖ. Cf. Nicomach. Gerasen. Arithm. Theol. ap. Phot. Bibl. p. 143 b, 6.

Eratus nomine aliqua pars operum quorundam in novem partes sive libros distributorum et Musarum nominibus insignitorum inscribebatur. Cf. Baehr. Comment. de vita Herodoti § 13 vol. IV p. 415 sq.

17. Sextus liber historiae Herodoteae. Lucian. Herod. 1 extr. vol. I p. 523 Iacobitz: ἀγωνιστὴν παρεῖχεν (ὁ Ἡρόδοτος) ἑαυτὸν Ὀλυμπίων ᾄδων τὰς ἱστορίας καὶ κηλῶν τοὺς παρόντας, ἄχρι τοῦ καὶ Μούσας κληθῆναι τὰς βιβλίους αὐτοῦ, ἐννέα καὶ αὐτὰς οὔσας. id. *Quomodo hist. conscrib.* 42 vol. II p. 40: ὁρῶν (ὁ Θουκυδίδης) μάλιστα θαυμαζόμενον τὸν Ἡρόδοτον, ἄχρι τοῦ καὶ Μούσας κληθῆναι αὐτοῦ τὰ βιβλία. Anth. Gr. IX, 160: Ἡρόδοτος Μούσας ὑπεδέξατο· τῷδ' ἄρ' ἑκάστη | ἀντὶ φιλοξενίης βίβλον ἔδωκε μίαν.

18. liber quidam fortasse sextus de novem libris Bionis rhetoris. Diog. Laert. IV, 58: γεγόνασι δὲ Βίωνες δέκα . . . ἕκτος ῥητορικός, οὗ φέρεται ἐννέα βιβλία Μουσῶν ἐπιγραφόμενα.

19. una de novem genuinis epistolis Aeschinis fortasse sexta. Phot. Bibl. 61 p. 20 a init.: τρεῖς γὰρ (λόγους) μόνους αὐτοῦ (Αἰσχίνου) φασι γνησίους εἶναι, καὶ ἐννέα ἐπιστολάς· διὸ τοὺς μὲν λόγους αὐτοῦ τινὲς Χάριτας ὠνόμασαν διά τε τὸ χαρίεν τοῦ λόγου καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν Χαρίτων, Μούσας δὲ τὰς ἐπιστολὰς διὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐννέα Μουσῶν.

20. unus de novem libris in unum corpus coniunctis Aurelii Opilii Grammatici fortasse sextus. Suet. *De illustr. gramm.* cap. 6: (Aurelius Opilius) *composuit variae eruditionis aliquot volumina, ex quibus novem unius corporis, qui quia scriptores ac poetas sub clientela Musarum iudicaret, non absurde et fecisse et scripsisse se ait ex numero Divarum et appellatione.*

21. Octavus ut videtur liber historiae Cephalionis. Phot. Bibl. 68 p. 34 a: συμπεραίνεται δὲ αὐτοῦ (Κεφαλίωνος) ἡ ἱστορία ἐν λόγοις θ' κατ' ἐπωνυμίαν τῶν θ' Μουσῶν Κλειοῦς Θαλείας Πολυμνίας Μελπομένης Τερψιχόρης Εὐτέρπης Καλλιόπης Ἐρατοῦς Οὐρανίης. id. 161 p. 104 b 13 de Sopatris Eclogis: Δέκατος δὲ (λόγος) συνηθροίσθη ἔκ τε τῆς Κεφαλίωνος Ἐρατοῦς διαλαμβανούσης τὰ κατὰ Ἀλέξανδρον. Suid. (coll. Eudoc. p. 268 extr.): ἔγραψε (Κεφαλίων) παντοδαπὰς ἱστορίας ἐν βιβλίοις θ', ἅτινα ἐπιγράφει Μούσας. Vid. C. Mueller. fr. Hist. Gr. vol. III p. 625.

Ἐρευθώ, ἡ, nomen muliebre.

1. nutrix Bacchi. Nonn. Dion. XIV, 223: κρείσσονες ἠπείγοντο Διωνύσοιο τιθῆναι | . . . . Σειλήνη τε Ῥόδη τε καὶ Ὠκυνόη καὶ Ἐρευθώ.

2. amica Agathiae poetae, cuius erga se animum poeta dolo exploravit. Anth. Pal. V, 287. Agath. 21:

Σπεύδων εἰ φιλέει με μαθεῖν εὐῶπις Ἐρευθώ,
πείραζον κραδίην πλάσματι κερδαλέῳ·
βήσομαι ἐς ξείνην τινά που χθόνα· μίμνε δὲ κούρη
ἀρτίπος, ἡμετέρου μνῆστιν ἔχουσα πόθου.
ἡ δὲ μέγα στονάχησε καὶ ἥλατο, καὶ τὸ πρόσωπον
πλῆξε, καὶ εὐπλέκτου βότρυν ἔρηξε κόμης,
καί με μένειν ἱκέτευσεν· ἐγὼ δέ τις ὡς βαδυπειθής
ὄμματι θρυπτομένῳ συγκατένευσα μόνον·
ὄλβιος ἐς πόθον εἰμί· τὸ γὰρ μενέαινον ἀνύσσαι
πάντων, εἰς μεγάλην τοῦτο δέδωκα χάριν.

Nomen simplicissime formatum est ab ἐρεύθω *rubefacio.* Similiter exeuntia vid. v. Ἐλευθώ n. 1.

Ἐρεώ. LXX iudd. 1, 31: καὶ Ἀσὴρ οὐκ ἐξῆρε τοὺς κατοικοῦντας Ἀκχὼ καὶ ἐγένετο αὐτῷ εἰς φόρον καὶ τοὺς κατοικοῦντας Δὼρ καὶ τοὺς κατοικοῦντας Σιδῶνα καὶ τοὺς κατοικοῦντας Δαλάφ,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

τὸν Ἀσχαζὶ καὶ τὸν Χεβδὰ καὶ τὸν Ναὶ καὶ τὸν Ἐρεώ.

Ἐριχθώ, ἡ, saga famosissima in Thessalia, quam Sextus Pompeius Magni F. de belli sorte consuluit. Lucan. Phars. VI, 505: *Hos scelerum ritus, haec dirae carmina gentis | effera damnaverat nimiae pietatis Erichtho, | inque novos ritus pollutam duxerat artem.* 637: *tristis Erichtho.* 722 823. Respicit eam Stat. Theb. III, 140: *Thessalis haud aliter bello gavisa recenti.* Glossa antiqua ap. Barth. vol. II p. 712 habet: Thessalis] *Erechto* (sic).

Pro quavis maga usurpata est ab Ovidio Her. ep. XV, 139: *Illuc mentis inops, ut quam furialis Erichtho | impulit in collo crine iacente feror.* Cod. Vrat. *exicto.*

Apud Graecos scriptores quos equidem sciam hoc nomen non videtur inveniri. Nomen repetendum est a participio ἐρίχθων vel ἐριχθών cuius altera forma est ἐρέχθων. ἐρέχθω vel ἐρίχθω videtur significare *concutio agito.* Vid. H. Steph. thes. ed. Didot. v. ἐρέχθω. Eiusdem stirpis sunt Ἐριχθόνιος Ἐρίχθιος vel Ἐρέχθιος Ἐρεχθεύς. De formatione vid. Ἐλευθώ.

Ἐρυθρώ, ἡ, filia natu maxima Caroli Magni ex Hildegarda altera uxore, sponsa Constantini VI. Georg. Cedren. II p. 21, 13 (470): τῷ β' ἔτει ἀπέστειλεν Εἰρήνη πρὸς Κάρουλον τὸν ῥῆγα Φραγγίας καὶ ἐνυμφεύσατο τὴν θυγατέρα αὐτοῦ Ἐρυθρὼ λεγομένην Κωνσταντίνῳ τῷ υἱῷ αὐτῆς. καὶ γενομένων συμφώνων καὶ ὅρκων κατελείφθη Ἐλισσαῖος ὁ εὐνοῦχος καὶ νοτάριος εἰς τὸ διδάξαι αὐτὴν τά τε τῶν Γραικῶν γράμματα καὶ τὴν γλῶσσαν καὶ παιδεῦσαι αὐτὴν τὰ ἤθη τῆς Ῥωμαίων βασιλείας. Einhard. Vit. Carol. M. ab Abelio Germanice conversa — editio Latina non in promptu est — pp. 39. 40. 41, quo ultimo loco haec leguntur: *Von allen seinen Kindern verlor er nur zwei Söhne und eine Tochter bevor er starb: Karln seinen ältesten und Pipin, den er zum König von Italien gemacht hatte, und die Hruodrud* († 810), *seine erstgeborene Tochter, die mit dem Griechischen Kaiser Constantin verlobt war.*

Per se clarum est nomen Ἐρυθρώ esse interpretationem Germanici vocabuli *Hruodrud.*

Ἐρυθρώ in nonnullis codicibus Polyaeni legitur pro Ἐρυξώ, ubi vide.

Ἐρυξώ, ἡ, animosa Arcesilai II. Battiadae vidua, quae mariti interemptorem necabat. Herod. IV, 160: τοῦ Βάττεω γίνεται παῖς Ἀρκεσίλεως· ὃς βασιλεύσας πρῶτα τοῖσι ἑωυτοῦ ἀδελφοῖσι ἐστασίασε... Μετὰ δὲ Ἀρκεσίλεων μὲν κάμνοντά τε καὶ φάρμακον πεπωκότα ὁ ἀδελφὸς Λέαρχος ἀποπνίγει· Λέαρχον δὲ ἡ γυνὴ ἡ Ἀρκεσίλεω δόλῳ κτείνει, τῇ οὔνομα ἦν Ἐρυξώ. Herodotum secutus est Nicolaus Damascenus Excerptt. p. 115 14. Feder. fr. 52. Mueller. fr. Hist. Gr. vol. III p. 387 a. Codex Escor. habet ἐρυζώ.

Aliter rem narrat Plut. Virt. Mulier. p. 260 sq. tom. VII pp. 60 sqq. Reisk. Βάττου τοῦ ἐπικληθέντος Εὐδαίμονος υἱὸς Ἀρκεσίλαος ἦν, οὐδὲν ὅμοιος τῷ πατρὶ τοὺς τρόπους· καὶ γὰρ ζῶντος ἔτι περὶ τὴν οἰκίαν περιθεὶς ἐπάλξεις ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἐζημιώθη ταλάντῳ. καὶ τελευτήσαντος ἐκείνου τοῦτο μὲν οὖν φύσει χαλεπὸς ὤν, (ὅπερ καὶ ἐπεκλήθη) τοῦτο δὲ φίλῳ πονηρῷ Λαάρχῳ χρώμενος ἀντὶ βασιλέως ἐγεγόνει τύραννος, ὁ δὲ Λάαρχος ἐπιβουλεύων τῇ τυραννίδι καὶ τοὺς ἀρίστους τῶν Κυρηναίων ἐξελαύνων ἢ φονεύων ἐπὶ τὸν Ἀρκεσίλαον τὰς αἰτίας ἔτρεπε. καὶ τέλος ἐκεῖνον μὲν εἰς νόσον ἐμβαλὼν φθινάδα καὶ χαλεπὴν λαγὼν πιόντα θαλάσσιον διέφθειρεν, αὐτὸς δὲ τὴν ἀρχὴν εἶχεν, ὡς τῷ παιδὶ τῷ ἐκείνου Βάττῳ διαφυλάττων. ὁ μὲν οὖν παῖς καὶ διὰ τὴν χωλότητα καὶ διὰ τὴν ἡλικίαν κατεφρονεῖτο, τῇ δὲ μητρὶ πολλοὶ προσεῖχον αὐτοῦ. σώφρων τε γὰρ ἦν καὶ φιλάνθρωπος οἰκείους τε πολλοὺς καὶ δυνατοὺς εἶχε. διὸ καὶ θεραπεύων αὐτὴν ὁ Λάαρχος ἐμνηστεύετο καὶ τὸν Βάττον ἠξίου παῖδα θέσθαι, γήμας ἐκείνην καὶ κοινωνὸν ἀποδείξας τῆς ἀρχῆς. ἡ δ' Ἐρυξώ, (τοῦτο γὰρ ἦν τοὔνομα τῇ γυναικί) βουλευσαμένη μετὰ τῶν ἀδελφῶν ἐκέλευε τὸν Λάαρχον ἐντυγχάνειν ἐκείνοις, ὡς αὐτῆς προσιεμένης τὸν γάμον. ἐπεὶ δ' ὁ Λάαρχος ἐνετύγχανε τοῖς ἀδελφοῖς, ἐκεῖνοι δ' ἐπίτηδες παρῆγον καὶ ἀνεβάλλοντο πέμπει πρὸς αὐτὸν ἡ Ἐρυξὼ θεραπαινίδα παρ' αὐτῆς παραγγέλλουσαν, ὅτι νῦν μὲν ἀντιλέγουσιν οἱ ἀδελφοί, γενομένης δὲ τῆς συνόδου, παύσονται διαφερόμενοι καὶ συγχωρήσουσι· δεῖ οὖν αὐτόν, εἰ βούλεται, νύκτωρ ἀφικέσθαι πρὸς αὐτήν. καλῶς γὰρ ἕξειν καὶ τὰ λοιπὰ τῆς ἀρχῆς γενομένης. ἦν οὖν ταῦτα πρὸς ἡδονὴν τῷ Λαάρχῳ καὶ παντάπασιν ἀναπτηθεὶς πρὸς τὴν φιλοφροσύνην τῆς γυναικὸς ὡμολόγησεν ἥξειν, ὅταν ἐκείνη κελεύῃ. ταῦτα δ' ἔπραττεν ἡ Ἐρυξὼ μετὰ Πολυάρχου τοῦ πρεσβυτάτου τῶν ἀδελφῶν. ὁρισθέντος δὲ καιροῦ πρὸς τὴν σύνοδον, ὁ Πολύαρχος εἰς τὸ δωμάτιον τῆς ἀδελφῆς παρεισήχθη κρύφα νεανίσκους ἔχων δύο σὺν αὐτῷ ξιφήρεις φόνῳ πατρὸς ἐπεξιόντας, ὃν ὁ Λάαρχος ἐτύγχανεν ἀπεκτονὼς νεωστί· μεταπεμψαμένης δὲ τῆς Ἐρυξοῦς αὐτὸν ἄνευ δορυφόρων εἰσῆλθε καὶ τῶν νεανίσκων αὐτῷ προσεπεσόντων τυπτόμενος τοῖς ξίφεσιν ἀπέθανε. τὸν μὲν οὖν κεκρὸν ἔρριψαν ὑπὲρ τὸ τεῖχος, τὸν δὲ Βάττον προσαγαγόντες ἀνέδειξαν ἐπὶ τοῖς πατρίοις βασιλέα. καὶ τὴν ἀπ' ἀρχῆς πολιτείαν ὁ Πολύαρχος ἀπέδωκε τοῖς

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Κυρηναίος. ἐτύγχανον δ' Ἀμάσιδος τοῦ Αἰγύπτου βασιλέως στρατιῶται συχνοὶ παρόντες, οἷς ὁ Λάαρχος ἐχρῆτο καὶ φοβερὸς ἦν οὐχ ἥκιστα δι' ἐκείνων τοῖς πολίταις. οὗτοι πρὸς Ἄμασιν ἔπεμψαν τοὺς κατηγορήσοντας τοῦ τε Πολυάρχου καὶ τῆς Ἐρυξοῦς. χαλεπαίνοντος δ' ἐκείνου καὶ διανοουμένου πολεμεῖν τοῖς Κυρηναίοις συνέβη τὴν μητέρα τελευτῆσαι καὶ ταφὰς αὐτῆς ἐπιτελοῦντος, ἀπαγγέλλοντας ἐλθεῖν περὶ τοῦ Ἀμάσιδος. ἔδοξεν οὖν τῷ Πολυάρχῳ βαδίζειν ἀπολογησαμένῳ· τῆς δὲ Ἐρυξοῦς μὴ ἀπολειπομένης, ἀλλ' ἕπεσθαι καὶ συγκινδυνεύειν βουλομένης, οὐδὲ ἡ μήτηρ Κριτόλα, καίπερ οὖσα πρεσβύτις, ἀπελείπετο. μέγιστον δ' αὐτῆς ἦν ἀξίωμα, Βάττου γεγενημένης ἀδελφῆς τοῦ Εὐδαίμονος. ὡς οὖν ἦλθον εἰς Αἴγυπτον, οἵ τ' ἄλλοι θαυμαστῶς ἀπεδέξαντο τὴν πρᾶξιν αὐτῶν καὶ ὁ Ἄμασις οὐ μετρίως ἀπεδέξατο τήν τε σωφροσύνην καὶ τὴν ἀνδρείαν τῆς Ἐρυξοῦς· δώροις δὲ τιμήσας καὶ θεραπείᾳ βασιλικῇ τόν τε Πολύαρχον καὶ τὰς γυναῖκας εἰς Κυρήνην ἀπέστειλεν.

Quod Plutarchus uberius tradidit, id Polyaenus VIII, 41 in brevius contraxit nec quidquam mutavit nisi quod ex συνόδου τῆς γυναικός fecit σύλλογον καὶ ὁμιλίαν τῶν ἀδελφῶν. Eius verba sunt: ἔπεμψεν Ἐρυξὼ θεράπαιναν, νῦν μὲν ἀντιλέγειν τοὺς ἀδελφούς· εἰ δὲ σύλλογος αὐτῶν καὶ ὁμιλία γένοιτο, καὶ δὴ συγχωρήσειν τοὺς ἀδελφούς. Maasvicii codex pro Ἐρυξώ habet Ἐρυθρῷ. Casauboni codices Ἐρυθρώ. Infra pro Ἐρυξοῦς Maasvicii codex praebet Ἐρυξοοῦς. In scriptura Ἐρυθρῷ fortasse remansit vestigium τοῦ ι προσγεγραμμένου. Vid. Ἀθηνῷ n. 2.

Ἐρώ, ἡ, nomen mulieris in inscriptione Attica. Boeckh. CIG. I n. 553:

Γάιος Σίλιος Διονυσᾶς, Σειλία Ἐρώ,
Βάθυλλος Σωτίμας Σείλιος. ΤΙΝ.
Ἀζηνιεύς.

Boeckhius explicandi causa haec addidit: *Anaglyphum sepulcrale, cuius figuris nomina superius apposita sunt. In sinistra parte vir repraesentatur, in dextra mulier, inter hos puer, quem defunctum lugent. Super hoc in columella positae sunt duae larvae. Nomen viri est* Γάιος etc. *nomen feminae non potest aliud esse ac* Σειλία Ἐρώ [Ἡρώ]. *Sed quis est* Διονυσᾶς, *quis* Σωτίμας et Σείλιος? *Credo tres hi pueri sunt, licet unus tantum anaglypho repraesentetur.*

Ἐρωτώ vid. Εὐρωτώ.

ἐστώ, ἡ.

1. i. q. οὐσία, *essentia*. Vid. H. Steph. thes. ed. Didot. Koen. ad Greg. Corinth. p. 194. Lobeck. Paral. p. 439. Veteres vario modo hoc nomen, certe compositum εὐεστώ ducunt ἀπὸ τὸ ἔτος (cf. εὐετώ), ἀπὸ τοῦ εὖ εἶναι· ἀπὸ τοῦ εὖ ἑστάναι τὸν οἶκον, ἀπὸ τοῦ δαψιλεῖν τὰ πρὸς τὸ ἐσθίειν. Hesych. Vera etymologia est ab εἰμί. Similia sunt ἀειεστώ ἀπεστώ εὐεστώ κακεστώ.

2. dyas Pythagorica. Phot. Bibl. 187 p. 143 b 14: ἀλλὰ καὶ ἴσον Δία δυάδα ἡ μυθοπλαστία θεολογεῖ καὶ δίκην καὶ Ἴσιν καὶ φύσιν καὶ Ῥέαν καὶ διομάτερα καὶ πηγὴν διανομῆς. ἔστι δ' αὐτοῖς ὡς Ῥέα καὶ Φρυγία καὶ Λυδία καὶ Δινδυμήνη καὶ Δήμητρα καὶ Ἐλευσινία καὶ Ἄρτεμις καὶ Ἵμερος καὶ Δίκτυννα καὶ Ἀερία καὶ Ἀστερία καὶ Δίσαμος καὶ Ἑστώ κτλ.

Εὐγνηθώ, ἡ, mater Homeri. Hom. et Hes. Cert. p. 242 (314) Goettling. p. 34, 24 Westerm.: μητέρα (Ὁμήρου) δ' οἱ μὲν Μῆτιν, οἱ δὲ Κρηθηίδα, οἱ δὲ Θεμιστώ, οἱ δ' Εὐγνηθώ, ἔνιοι δ' Ἰθακησίαν τινὰ ὑπὸ Φοινίκων ἀπεμπολη θεῖσαν, οἱ δὲ Καλλιόπην τῆν Μοῦσαν, τινὲς δὲ Πολυκάστην τὴν Νέστορος. Cod. Barnes. habet Εὐγναθῶ. Nomen singulare est et haud dubie corruptum pro Ὑρνηθώ, ut iam Westermannus suspicatus est. Mensura mediae vocalis vetat Γναθώ comparari. Vid. Ὑρνηθώ n. 1.

Εὐδωσώ, ἡ Ἀφροδίτη ἐν Συρακούσαις. Hes.

εὐεστώ, ἡ, *bonus status*. Vid. ἐστώ et H. Steph. thes. Vales. in not. Mauss. p. 414 Lips.

εὐετώ, forma a Grammaticis ficta, ut εὐεστώ explicarent. Etym. M. 390, 22: εὐεστώ, ἡ εὐετηρία καὶ εὐθηνία. παρὰ τὸ ἔτος εὐετώ καὶ εὐεστὼ πλεονασμῷ τοῦ σ.

Εὐκλώ, ἡ, nomen mulieris in inscriptione Mitylenaea. Boeckh. CIG. II n. 2199: Εὐ]κλὼ Ε[ὐ]κρατίδα | [γ]υνὴ δὲ Νεωσ — | χαῖρε. Titulus ab initio primi et alterius versus mutilus est. Lapis habet ΚΛΩ, quod Boeckhius cum dubitatione quadam redintegravit. Nomen hocce analogiae non repugnare apparet ex nominibus Εὔκλων Εὔκλος Εὐκλῆς apud Papium et ex nominibus similiter formatis Ἡρακλώ Μεγακλώ Χαρικλώ.

Εὐνώ eadem atque Isis. Orig. philos. V, 14 p. 129 Miller. λοιπὸν ἄρχομαι γυμνοῦν τὴν ἀπὸ τοῦ χάους δύναμιν. Ἡ δύναμις τοῦ ἀβυσσικοῦ θόλου ἡ τὸν πηλὸν ἀναβαστάζουσα τοῦ ἀφθάρτου ἀχανοῦς διΰγρου, ἡ τοῦ σπάσματος ὅλη δύναμις ὑδατόχρους ἀεικίνητος φέρουσα τὰ μένοντα, κατέχουσα τὰ τρέμοντα, ἀπολύουσα τὰ ἐρχόμενα ... ταύτην τὴν δύναμιν ἡ ἀγνωσία ἐκάλεσε Κρόνον ... Καὶ ἄρχων δωδεκαώρου νυκτερινῆς Σοκλάν, ὃν ἐκάλεσεν ἡ ἀγνωσία Ὄσιριν· τούτου κατ' εἰκόνα ἐγένετο Ἄδμητος Μήδεια Ἑλλην Αἴθουσα. Ἄρχων ἡμερινῆς δωδεκαώρου Εὐνώ· οὗτος οἰκονόμος τῆς πρωτοκαμάρου ἀνατολῆς καὶ αἰθερίου, ὃ[ν] ἐκάλεσεν ἡ ἀγνωσία Ἴσιν. τούτου σημεῖον τὸ κυνὸς ἄστρον, οὗ κατ' εἰκόνα ἐγέ-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

νοντο Πτολεμαῖος ὁ Ἀρσινόης Διδύμη Κλεοπάτρα Ὀλυμπιάς.

Εὐξώ, nomen mulieris in inscriptione Boeotica. Boeckh. CIG. I n. 1591 a 1. Est catalogus agonisticus. In prima parte plures mulieres sunt victrices. Singulos versus ab initio mutilos esse Boeckhius punctis tribus indicavit.

... *Εὐξὼ Πολυκράτου*[*ς*
κέλητι [*τελείῳ* vel *πωλικῷ*]
... *Νουμήνιος Ἀπολλοδ*[*ώ*]*ρο*[*υ* ...
συνωρίδι τε[*λείᾳ*]
... *Εὐκράτεια Πολυκράτους* ...
ἅρματι τε[*λείῳ*]
... — — *νη* [*Πολυ*]*κράτους* ...

Si versus tertium et quintum cum primo versu comparaveris dubites numquid ab initio desit. Boeckhius primum nomen legit *Ζ*]*ευζώ*, quod nomen ib. b 62: *Ζευξώ Ἀρίστωνος Κυρναία* invenitur. Sed *Εὐξώ* videtur agnosci posse. primum enim analogia non repugnat ut nomina docent *Ἀναξώ Δεξώ Ζευξώ Πραξώ* alia. deinde conferri possunt nomina eiusdem ortus *Εὐξίθεος Εὐξίππη Εὐχήνωρ Εὐχωνίδας* apud Papium, quibus addi potest *Εὐχίδας* ex Keilii Anal. p. 149, ubi Keilius etiam nomen *Εὐξώ* defendit, et *Εὐξίστρατος* ex Gerhard. *Auserles. Vasenb.* III p. 156 n. 11.

Εὐρωτώ, *ἡ*, nomen muliebre:

1. filia Danai et Polyxus Naidis nymphae, sponsa Bromii. Apollod. II, I, 5, 7: *Οἱ δὲ ἐκ Καλιάνδης* [*καὶ Νηίδος Νύμφης*] *παῖδες δώδεκα ἐκληρώσαντο περὶ τῶν ἐκ Πολυξοῦς Νηίδος· ἦσαν δὲ οἱ μὲν παῖδες Εὐρύλοχος Φάντης Περισθένης Ἕρμος Δρύας Ποταμῶν Κισσεύς Αἶξος Ἴμβρος Βρόμιος Πολύκτωρ Χθόνιος· αἱ δὲ κόραι Νύμφης Αὐτονόη Θεανώ Ἠλέκτρα Κλεοπάτρα Εὐρυδίκη Γλαυκίππη Ἀνθήλεια Κλεοδώρη Εὐίππη Εὐρωτώ Στύγνη καὶ Βρύκη.* Vulgo *Ἐρατώ*. codd. Dorvillian. et Med. *ἐρωτώ*, qua in re errat Westerm. Myth. p. 30 cum indicat *εὐρωτώ* legi PDM. hanc scripturam praebet ex tribus illis codicibus solus Palatinus. Primus Heynius recepit *Εὐρωτώ*. Secuti sunt reliqui. Vulgata scriptura defendi potest per Hyginum, qui fab. 170 in Danai filiabus *Erate* (sic) nominat. Sed etiam *Ἐρωτώ* non absonum nomen est. Nam *Ἐρωτάριον Ἐρώτιον Ἐρωτώ* idem nomen est. Ultimae autem nominis formae exemplum nondum aliunde innotuit. Quod horum trium nominum *Ἐρατώ Ἐρωτώ Εὐρωτώ* hoc loco genuinum sit parum liquet. Nullus codex singulari praestantia ceteros superat. Propter Hyginum equidem *Ἐρατώ* praetulerim.

2. idem nomen aut potius *Εὐρωτῷ* (sic) restituendum videtur in cippo Atheniensi ap. Ross. *Dem.* n. 60: *Ἐρ*]*ωτ*[*ίς*] | *Φ*[*ίλ*]*ωνος* | *Χολλείδου* | *θυγάτηρ* | *Δημητρίου* | *Ἀχερδουσίου* | *γυνή*. Hic titulus Rossio auctore pertinet ad primum ante Chr. n. saeculum. In lapide aliquot litterae primi et secundi versus desunt hoc modo:

... *ΩΤ* ..
Φ .. *ΩΝΟΣ*

Iota adscriptum vel nostro more subscriptum saepius reperitur in inscriptionibus. Vid *Ἀθηνῷ* n. 2. Hoc loco praeterea monendum est hoc iota etiam alibi in titulis eiusdem aetatis reperiri. Vid. praeter cetera *Διονυσῷ Ἐρατῷ*.

Εὐφηνώ, *ἡ*, Danai filia Hyperbii sponsa. Hygin. fab. 170: ... *Cleo Asterium* ... *Hero Andromachum* ... *Eupheno Hyperbium* ... *Palaeno Aristonon* ... *servavit*. Sponsum eodem nomine, sponsam *Celaeno* nominat Apollod. II, 1, 5, 9: *Ὑπέρβιος Κελαινώ*, unde coniicias pro *Eupheno* scribendum esse *Celaeno*, nisi praestet, ita *Palaeno* mutari. Vid. *Ἐκφαντώ*.

Εὐφρώ, *ἡ*, nomen muliebre.

1. meretrix famosissima, ara et cultu deorum decorata. Greg. Nazianz. Carm. X de virtute v. 869. Opp. II p. 458. Caillau.

ὡς καὶ τὸ κοινὸν κάλλος. ἄθρει μοι τόσας
πόρνας ναοῖς τε καὶ θεοῖς τιμωμένας
Εὐφρώ Φρύνην Λέαιναν ἐν τῷ θηρίῳ.
σεμνὸν γὰρ ἦν καὶ τοὔνομ' ἐν ναοῖς μέσοις,
τὴν Ἑλλάδος δέσποιναν, ᾗ πολὺς λόγος,
ἐξ Ὑκκάρων φθαρεῖσαν αἰσχρὰν Λαΐδα
ἄλλας τε πολλάς, οὐ γὰρ ἀξιῶ λόγου.

2. meretrix quae cum duabus aliis mercatoribus nautisque emunctis donarium Veneri offerebat. Anth. Pal. V, 161. Hedyl. vel Asclep. vel Simon. 57 (cf. p. 508):

Εὐφρὼ καὶ Θαῖς καὶ Βοίδιον, αἱ Διομήδους
γραῖαι, ναυκλήρων ὁλκάδες, εἰκόσοροι,
Ἄγιν καὶ Κλεοφῶντα καὶ Ἀνταγόρην, ἓν' ἑκάστη,
γυμνούς, ναυηγῶν ἥσσονας ἐξέβαλον.
ἀλλὰ σὺν αὐταῖς νηυσὶ τὰ λῃστρικὰ τῆς Ἀφροδίτης
φεύγετε· Σειρηνῶν αἵδε γὰρ ἐχθρότεραι.

3. meretrix quae cum duabus aliis Veneri ex quaestu suo meretricio offerebat. Anth. Pal VI 17. Lucian. 1 ap. Iacobitz. vol. IV p. 33:

Αἱ τρισσαί τοι ταῦτα τὰ παίγνια θῆκαν ἑταῖραι,
Κύπρι μάκαιρ', ἄλλης ἄλλη ἀπ' ἐργασίης.
ὧν ἀπὸ μὲν πυγῆς Εὐφρὼ τάδε, ταῦτα δὲ Κλειώ,
ὡς θέμις· ἡ τριτάτη δ' Ἀθὶς ἀπ' οὐρανίων.
ἀνθ' ὧν τῇ μὲν πέμπε τὰ παιδικά, δεσπότι, κέρδη,
τῇ δὲ τὰ θηλείης, τῇ δὲ τὰ μηδετέρης.

In codice Palatino scribitur *εὐφρῶ*.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

4. Samia textrix, Xuthi et Melitae filia, quae cum duabus sororibus vita diu misere sustentata artis textoriae instrumenta Minervae dedicabat. Anth. Pal. VI, 39. Archiae 11:

Αἱ τρισσαί, Σατίρη τε καὶ Ἡράκλεια καὶ . . . Εὐφρώ,
θυγατέρες Ξούθου καὶ Μελίτης, Σάμιαι·
ἁ μέν, ἀραχναίοιο μίτου πολυδίνεα λάτριν,
ἄτρακτον, δολιχᾶς οὐκ ἄτερ ἀλακάτας·
ἁ δέ, πολυσπαθέων μελεδήμονα κερκίδα πέπλων
εὔθροον· ἁ τρίτατα δ' εἰροχαρῆ τάλαρον.
οἷς ἔσχον χερνῆτα βίον δηναιόν, Ἀθάνα πότνια, ταῦθ' αἱ σαὶ σοὶ θέσαν ἐργάτιδες.

5. nomen mulieris in cippo Attico. Boeckh. CIG. I n. 955: *Θεόφιλος Εὐ . . . . | Εὐφρώ, Διονυσία . . . .*

6. nomen mulieris in cippo Phliasio. Boeckh. CIG. I n. 1116. Ex inscriptione nihil restat nisi hae litterae: *ΦΡΩΑΤΟΣΥΛΟΣ.* Tria priora elementa Keilius Spec. Onom. p. 84 ita redintegrat: *Εἰ]φρώ.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf